



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **En Damvs Chronicon**

**Eusebius**

**Basileae, 1529**

**VD16 VD16 E 4266**

Hermann Contracti Comitis Veringensis Chronicon. De Sex Mvndi  
Aetatibvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98136)

Qui fuit Monachus  
in Anglia  
Episcopus Constantiensis

# HERMANNI CON-

TRACTI COMITIS VERINGENSIS  
CHRONICON.

DE SEX MVNDI AETATIBVS.

Ad uerbum fe-  
re sunt ex Be-  
da transcripta.



Rima est mundi huius aetas ab Adam usque ad Noë, cō-  
tinens annos iuxta hebraicam ueritatem M DCLVI,  
iuxta LXX Interpretes II CCXLII. Generationes  
iuxta utranque editionem numero X. Quae uniuersali  
deleta est diluuiō, sicut primam cuiusque hominis ob-  
liuio demergere cōsueuit aetate: Quotus em̄ quisque est,

Anni  
mundi.

qui suam recordetur infantiam: Secūda aetas à Noë usque ad Abraham  
generationes iuxta hebraicā autoritatē cōplexa X, annos autē CCXCII.  
Porro iuxta LXX Interpretes annos M LXXXII, generatiōes uero XI.  
Hae quasi pueritia fuit generis populi dei, & ideo in lingua inuēta est,  
id est hebraea. A pueritia namque homo incipit loqui nosse post infantia,  
quae hinc appellata est, quod fieri non potest. Tertia ab Abraham usque ad  
Dauid generationes iuxta utranque autoritatem XIII, annos uero  
DCCCXLII complectens. Hae quaedam uelut adolescētia fuit populi dei,  
à qua aetate quia incipit homo posse generare, propterea Matthaeus E-  
uangelista generatiōem ex Abraham sumpsit exordium. Qui etiam pater gen-  
tium constitutus est, quando mutatum nomen accepit. Quarta à Dauid usque ad  
transmigrationem Babylonis, habens annos iuxta hebraicā ueritatem  
CCCLXXIII, iuxta LXX translationē XII amplius: Generationes iux-  
ta utrosque codices XVII: quas tamen Euangelista Matthaeus certi my-  
sterij gratia XIII ponit. A qua uelut iuuenili aetate in populo dei regum  
tempora coeperunt: Hae namque in hominibus aetas apta gubernando so-  
let existere regno. Quinta quasi senilis aetas à transmigratione Babylo-  
nis usque in aduentum Domini saluatoris est, generationibus & ipsa XIII.  
Porro annis DLXXXIX extenta. In qua ut graui senectute fessa, malis  
crebrioribus plebs Hebraea quassatur. Sexta, quae nunc agitur aetas nulla  
generatiōum uel temporum serie certa, sed ut aetas decrepita ipsa totius se-  
culi morte consumanda. Has ærumnosas plenasque laboribus mundi aeta-  
tes sancti qui que felici morte uicerunt, septima iam sabbati perennis æ-  
tate suscepti, octauam beatæ resurrectionis aetatem, in qua semper cum  
Domino regnent, expectant.

Prima igitur aetate seculi nascentis prima huius die fecit deus lucem,  
quam appellauit diem. Secūda firmamentum caeli in medio librauit aqua-  
rum, ipsis aquis ac terra cum caelo superiore, ac uirtutibus, quae in eo Con-  
ditorem laudarent, ante horum VI dierum exordium creatis. Tertia  
die congregatis aquis in suum locum, quae cuncta contexerant, aridam  
iussit apparere. Quarta, sidera in firmamento caeli posuit, quae nunc quantum  
æquinotij coniectura colligimus, XII Calendarum Aprilium dies uocant.  
Quinta, natatilia & uolatilia creauit animantia. Sexta, animalia terrestria  
& ipsum hominem formauit. Adam, de cuius latere dormientis matrem  
omnium uiuentium produxit Euam. Quae nunc quantum mihi uidetur esse

credibile

A credibile, x Cal. Aprilium dies appellatur. Vnde merito creditur, si nō  
 uerior sententia uincit, quod beatus Theophilus cum ceteris non solum  
 Palæstinæ, sed et permultis aliarū regionū Episcopis de Pascha dis-  
 putans scripsit, eodem x Cal. Aprilū die Dominū fuisse crucifixum.  
 Decebat enim una eademq; non solum hebdomadis, sed mēsis die secun-  
 dum Adam pro generis humani salute uiuifica morte sopitū, de produ-  
 ctis è latere suo sacramentis cœlestibus sponsam sibi sanctificare eccle-  
 siam: qua uidelicet die primum Adam, patrem uidelicet humani gene-  
 ris ipse creauerat, eiq; de latere costam tollens ædificauit mulierem, cu-  
 ius adiutorio genus propagaret humanum.

Adam annorū cxxx genuit Seth, cui superuixit annis dccc. Ve-  
 rum lxx Interpretes ante natū Seth posuere annos ccxxx, postea  
 dcc. Seth interpretat̄ resurrectio, significās resurrectionem à mortuis  
 Christi, cuius mortē illatam à iudæis significat Abel, qui dicitur luctus,  
 à fratre Cain occisus.

Seth annorū cv genuit Enos, cui superuixit annis dcccvii. Por-  
 rō lxx ante natū Enos annos ccv, postea posuere dccvii. Enos  
 interpretatur homo de quo benedic̄: Iste cepit inuocare nomē Dñi.  
 Quod hominū est propriū, ut sua fragilitatis memores inuocēt Cōdi-  
 toris auxiliū, eorū dūtaxat, qui in fide Christi uiuētes filij resurrectionis esse la-

Enos annorū xc genuit Cainā, cui superuixit annis dccc (tenē,  
 xv. Sed lxx ante natū Cainan cxc annos, postea dccxy posuere.

Cainan annorū lxx genuit Malaleel, post cuius ortū uixit annos  
 dcccxl. lxx ante natū Malaleel clxx, postea dixere dccxl.

B Malaleel annorū lxxv genuit Iareth, cui superuixit annis dcccxxx,  
 lxx ante natum Iareth cxlv, postea posuere annos dccxxx.

Iareth annorū cxlii genuit Enoch, cui superuixit annis dccc.  
 In hac generatione nusq; utriq; codices discrepāt. Hunc Enoch nō nul-  
 ladiuina scripsit̄. Iuda Apostolo attestāte cōperimus. Sed ut beatus  
 Augustinus dicit: Nō frustra non sunt in eo canone scripturarum, qui  
 seruabatur in tēplo Hebræi populi succedentiū diligentia sacerdotū, nisi  
 quia ob antiquitatē suspecta fidei iudicata sunt, nec utrum hæc essent  
 quæ ille scripsisset poterat inueniri. Vnde illa quæ sub eius nomine pro-  
 feruntur, & continēt illas de Gygātibus fabulas, quod nō habuerint ho-  
 mines patres, recte à prudentibus iudicantur nō ipsius esse credenda.

Enoch annorū lxxv genuit Mathusalā, post cuius ortum ambula-  
 uit cū deo ccc annis, lxx ante natū Mathusalā posuere clxxv an-  
 nos, postea cc. Et bene in septima generatione Enoch, qui interpretat̄  
 dedicatio, tulit à mortalibus deus, quia ciuitas electorū in vi huius se-  
 culi pro deo laborās atatibus, in septima sabbati futuri gloriā dedicatio-  
 nis expectat, atq; reprobī sola præsentī sunt felicitate cōienti, Cam ciui-  
 tatē quā statuit nō in septima generatiōe, sed in primo genito Enoch filio cōse-

Mathusalā annorū clxxxvii genuit Lamech, cui superuixit (erat  
 annis dclxxxvii, id est usq; ad diluuiū, lxx ante natū Lamech cl-  
 xvii ponit annos, postea dccc & ii. Qui numerus, ut lector facili-  
 me uidebit, iuxta hebraicā ueritatem xx annis: iuxta ipsorū uero auto-  
 ritatem xiiii annis diluuij tempora trāsīt. De qua famosissima quæsti-  
 one doctissimi patres Hieronymus in libro Quæstionū hebraicarū, Au-  
 gustinus in libro de Ciuitate dei xv plenissime disputant.

Anni  
mundi.10 Feb. ap. l.  
C. 179 poss.

130

235

335

395

460

622

687

874

C Lamech annorū CLXXXII genuit Noë, cui superuixit annis DXCV. 1056  
LXX ante natū Noë ponunt annos CLXXXVIII, & postea DLXV. In  
hac sola generatiōe sūma uniuersitatis discrepat, q̄a XX & IIII annis  
plus uixit Lamech in Hebrais, q̄m in LXX translatorū codicibus inuenitur.

Noë anno DC uenit diluuiū, mēse secūdo, XVII die mensis. Sanē de 1656  
differentia annorū inter Hebrā & LXX Interpretū autoritatē, ne quis  
nos laceret nouas mouisse quæstiones, legat præfatorum patū memo  
rata opuscula, & intelliget hanc iam olim notissimā fuisse distantia. Cu  
ius originem distantia cū beatus Augustinus sollertissime quæssit, di  
xit in libro suprascripto capitulo XXI, inter alia sic: Credibilis ergo q̄s  
dixerit, cū primo de bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperūt, tunc ali  
quid tale fieri potuisse in codice uno, sed primitus inde descripto, unde  
iam latius emanaret: Vbi potuit quidē accidere etiā scriptoris error, sed  
hoc in illa quæstione de uita Mathusalæ nō absurdum est suspicari, Et  
post aliquanta: Recte fieri, inquit, nullo modo dubitauerim, ut cū di  
uersum aliquid in utrisq; codicibus inuenitur, quādo quidem ad fidem  
rerum gestarum utrunq; esse non potest, uerum ei linguæ potius creda  
tur, unde est in aliam per Interpretes facta translatio.

SECUNDA seculi atate prima huius die, quæ est XXVII mensis se  
cundi, egressus est Noë de arca, in qua pauci, id est VIII animæ saluæ fa  
ctæ sunt per aquā. Quæ memorās in Epistola beatus Apostolus Petrus  
mirifice statim exponere curauit, cū subiunxit: Quod & nos nūc similis  
formæ saluos facit baptisma, nō carnis depositio sordū, sed conscientia  
bonæ interrogatio in deum, per resurrectionē Iesu Christi, qui est in de  
xtera dei. In aqua diluuii baptismū, in arca & hīs quæ cōtinebat ecclesi  
am, & fideles illius, in octonario animarū numero mysteriū dominicæ  
resurrectionis, in cuius fide baptizamur, docens esse figuratum.

Sem c annorū genuit Arphaxad biēnio post diluuiū. Ab Arphaxad 1658  
Chaldæos originem duxisse Hieronymus scribit. Superuixit autē Sem  
nato Arphaxad D annis, id est usq; ad L annum natiuitatis Iacob.

Arphaxad annorū xxxv genuit Sale, Hic LXX Interpretes una ge 1693  
neratione plusq; hebraica ueritas posuere, dicentes quod Arphaxad cū  
esset annorū cxxxv genuit Cainan, qui cum cxxx annorū fuerit,  
ipse genuerit Sale. Quorū translationē Euangelista Lucas hoc loco ui  
detur esse secutus. Verū Chronographi Græcorum cū generationū se  
riem ad autoritatem hebraicā castigassent, ablata una generatione Cai  
nan, nec tamen numerū annorū in generationibus, quas cū eis habuere  
cōmunes, ad eorum autoritatē castigare curassent, propriā secuti autori  
tatem dederunt huic atati annorū summā minorē quidē LXX trans  
latorum editione annis LXXX. Sed hebraica ueritate annis DC & L  
maiores, id est annos DCCCC & XLII. Vixit autem Arphaxad post  
natum Sale annis CCC & III: cui tamen LXX post natum Cainan scri  
bunt annos ccccxxx, & Cainan post natum Sale ccccxxxviii.

Sale annorū xxx genuit Heber, cui superuixit annis ccccii: 1723  
LXX ante natum Heber posuere annos cxxx, postea ccccxxx, Ab  
hoc Heber Hebræorum nomen & genus oritur.

Heber annorū xxxiiii genuit Phalech, cui superuixit annis cccc 1757  
† CCLX xxx: LXX ante natum Phalech annos posuere cccciiii, postea † CC  
LXX. Phalech interpretat diuisio, cui propterea tale nomē in posuere  
parentes, quod tēpore natiuitatis ipsius terra per linguarū confusionem  
diuisa

A diuisa est. Cuius diuisionis Arnobius Rhetor in expositiōe Psalmi ciiii  
 ita meminit: Sem primogenito Noë pars facta est à Persida & Bactris  
 usq; in Indiā lōge, & usq; Rhinocoluras: Quæ spacia terrarum habent  
 linguas sermone barbarico xx & vii: In quibus linguis gentes sunt  
 patriarum cccc & vi, non diuersarū linguarum, sed ut dixi diuersarū  
 patriarum: Verbi gratia, cum una lingua sit latina, sub una lingua diuer  
 se sunt patria, Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, Calabrorum, Pi  
 centum, Tuscorum, & hijs atq; huiusmodi similia si dicamus.

Cham uero secundus filius Noë à Rhinocoluris usq; Gadira habens  
 linguas sermone Punico à parte Garamantū, Latino à parte Boreæ, Bar  
 barico à parte meridiano Aethiopiū et Aegyptiorū, ac Barbaris interiori  
 bus uario sermone uiginti duabus linguis in patrijs cccxc & iiii. Ia  
 pheth autē tertius à Mediā usq; ad Gadira ad Boream: Habet autē Ia  
 pheth flumen Tigridē, quod diuidit Mediā & Babylonā, in patrijs du  
 centis sermone uario in linguis xx & iiii: Fiunt ergo omnes simul lin  
 guæ lxxxii. Patriæ autē generationū m, quæ in tripartito seculo hoc  
 ordine sitæ sunt. Habet autē, ut diximus, Iapheth flumen Tigridē, quod  
 diuidit Mediā & Babylonā. Sem autē Euphraten, Cham uero Geon, qui uo

Phalech annorū xxx genuit Reu, cui superuixit annis (caſ Natus. 1787  
 nis ccix. lxx ante natū Reu cxxx annos ponūt, postea † ccviii.  
 Hijs tēporibus primū tēpla cōstructa, & quidā Prīncipes gentiū tanq; dī sunt  
 Reu annorū xxxii genuit Seruch, cui superuixit annis (adorati, 1818  
 † ccvii. lxx ante natū Seruch cxxxii ponunt annos, postea ccvii.  
 Scytharum regnum dicitur exortum, ubi primus regnauit † Tanaus.

Seruch annorū xxx genuit Nachor, cui superuixit annis cc lxx. 1849  
 Ante natum Nachor ponūt annos cxxx, postea cc. Aegyptiorum  
 dicitur imperium inchoare primo eis regnante Vizoues.

Nachor annorū xxix genuit Thare, cui superuixit annis cxix. 1878  
 lxx ante natū Thare ponūt annos lxxx, postea cxxxix. Assyrio  
 nū scythionorūq; regnū nascitur: hijs primū Belo, illis Aegialeo regnate.

Thare annorū lxx genuit Abrahā, cui superuixit cxxxv annis. 1948  
 Hactenus secunda ætas seculi protēditur, cuius tota serie recē sita, beatus  
 Augustinus in libro de Ciuitate dei xvi, capitulo x, hoc modo cōclu  
 sit: Fiunt itaq; anni à diluuiō usq; ad Abrahā mlxxxii secundū uulga  
 tam editionē, hoc est Interpretū lxx. In Hebræis autem codicibus son  
 ge pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nullam  
 aut difficillimam reddunt.

TERTIA mundi ætas à natiuitate cepit Abraham Patriarchæ, qui 2023  
 lxxxv. annorū cum esset, relicta gente patria, ad imperiū dei uenit in ter  
 ram Chanaan, accipiens promissionem nascituri de suo semine Saluato  
 ris, in quo benedicerentur omnes gentes, simul & se ipsum in gentem  
 magnam esse futurum: Quarū una spiritalis, altera est promissio carna  
 lis. Hijs temporibus Ninus & Semiramis Assyrijs regnant.

Abraham anporum lxxxvi genuit Ismahel, à quo Ismahelita. 2034  
 Genuit autem Ismahel xii duces, & uixit annis cxxxvii.

Idē Abrahā annorū c genuit Isaac, q primus & solus in tota Testa 2048  
 menti ueteris serīe legitur octauo die circumcīsus, quod non sine ma  
 gno mysterio priuilegium est filio promissionis donatum.

Isaac annorum lx genuit Esau & Iacob Patriarchas Idumææ & 2108  
 Israëliticæ gentis. Post quorum ortum uixit annos cxx. Hijs tempo  
 ribus primus apud Argos regnauit Inachus annis l, cuius filia lo,  
 quam Aegyptij mutato nomine Isidem colunt.

Anni  
 mudi.

†ccix  
 † Tanaus

†ccix  
 † Tanaus

Isaac p̄ng n̄r̄n̄s



**C** Jacob cxxx annorum descendit in Aegyptū in animabus lxx. 2238  
 Huius tēporibus Memphis in Aegypto ab Ape Argiuorū rege cōdita.  
 Sparta quoq; à Sparto filio Phoronai regis Argiuorum conditur

Habitatio filiorū Israël, qua manserunt in Aegypto fuit ccccxxx 2453  
 annorū, quibus expletis eadē die egressus est omnis exercitus Domini  
 de terra Aegypti, ut scriptura testatur Exodi: quorū tamen summam an  
 norum Chronographi à lxxv anno natiuitatis Abrahā, quando ter  
 ram repromissionis intrauit cōputant, sequētes editionē lxx Interpret  
 tum, quæ dicit: Habitatio autē filiorū Israël, qua habitauerunt in Aegy  
 pto, & in terra Chanaan ipsi & patres eorū anni ccccxxx. Quā neces  
 sariō sequendā & ipsa ueritas hebraica ostēdit, quæ narrat Caath filiū  
 Leui, quē natū esse cōstat in terra Chanaan, uixisse annos cxxxiii, &  
 filiū eius Amrā patrē Mosis annos cxxxvii, & ipsum Mosen lxxx  
 annorum fuisse tempore egressionis de Aegypto. † Quā nimirum horū  
 summā annorū constat cccc & xxx implere nō posse. Annuūt autē  
 horū translationi & Apostolus cū ait: Abrahæ dictæ sunt promissiones  
 & semini eius. Nō dicit, & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno,  
 & semini tuo qui est Christus. Hoc autē dico testamentū cōfirmatum a  
 deo, quæ p̄est cccc & xxx annos facta est lex, nō irritū facit ad euacuandas

Moses annis xl educū ex Aegypto regit (promissiones patrū. 2493  
 populū Israël in deserto. Quorū primo anno tabernaculū Dño cōstru  
 it, & vii mensibus opus perficiens, mense primo anni secundi, prima  
 die mensis exiit. Huc usq; ut Eusebius cōmemorat, v libri Mosis con  
 tinent gesta annorū iii dcccxxx secundū lxx seniorū interpreta  
 tionem. Quot uero annos huius tēporis hebraica ueritas cōtinea, Iose  
 phus in primo cōtra Appionē Grammaticū libro ita cōmemorat: Neq;  
 igitur innumera apud nos habentur uolumina inter se inuicem discor  
 dantia, sed duo tantū & uiginti sunt libri, qui omniū tēporū seriem cōti  
 nent, qui & iuste credunt diuinitus inspirati: Ex quibus quinq; sunt  
 Mosis cōtinentes leges uitæ, & successionis humane profapiam, usq; ad  
 ipsius Mosis terminū pertēdentes, qui paulo minus ad iii annorū cōtinentiam

**D** Iosue annis xxvi regit populū Israël, ut Iosephus docet: (gerūt. 7259  
 Nam scriptura sancta quot fuerint anni ducatus illius tacet. Quare ue  
 ro Eusebius in Chronicis xxvii posuerit infra dicemus. Primo autē  
 ducatus sui anno Iosue primo mēse, decima die mēsis, populū patefacto  
 Iordanis alueo in terrā repromissionis induxit: quo uidelicet anno, ut  
 in Chronicis præfati beati Eusebij reperimus, principitū erat quinquag  
 gesimi primū Iubilei secundum Hebræos, id est anni ii d erant ab  
 initio mundi cōpleti, singulis Iubileorū ordinibus per quinquagenos  
 annos deputatis. At uero hanc tēporis huius esse summam nostra in qui  
 sitio nequaquam inuenire ualuit: Constat enim, quia mdclvi ad di  
 luuium usq; fuere anni, inde ad Abraham ccxcii: qui lxxv erat an  
 norum quando promissionem dei accepit, promissionis anni cccc x  
 xx, ducatus Mosis anni xl: Qui profecto numerus nō ii d, sed vii  
 minus, id est ii ccccxciii, ut prænotauimus annos implet.

Othoniel annis xl de tribu Iuda, primus Israël iudex Domino iu 2559  
 bente constituitur. Huius tēporibus primis filij Israël seruire Chusan  
 rasathim regi Mesopotamiæ vii annis.

Aoth annis lxxx filius Gera, filij Lemini, qui utraq; manu utebat 2639  
 pro dextera, cuius † in primis seruiuit Israël Eglon regi Moab annis xv  
 iii, donec eum ipse percussio Eglon liberauit. Hoc tēpore Cyrene ciuitas cōdita  
 Debbora annis xl, prophetissa de tribu Ephraim cū (est in Libya, 2679  
 Barach

A Barach de tribu Nephthalim, cuius in initio ducatus oppressit filios Isra-  
 el Iabin rex Chanaan xx annis, q̄ regnabat in Asor, sed occiso ab Isra-  
 el principe militiæ eius Syfara, humiliatus tandē ac deletus est. Hoc tēpore Mīse  
 Gedeon annis XL ex tribu Manasse. Sub quo seruiuit (tus cōdita. † 2719 † 2709  
 Israël Madianitis, & Amelechitis † VIII annis, sed Gedeon pugnate li- † VII  
 beratus est. Tyrus cōdita ante tēplū Hierosolymorū annis CCXL, ut scribit Io-  
 Abimelech annis III, filius Gedeonis, qui regnabat in (sephus. 2722  
 Sychē. Hercules Illū uastat. Thola annis XXIII, filius Phoa 2724  
 patruī Abimelech uir de Isachar, qui habitabat in Sanir montis Ephra-  
 im. Bellū Lapytarū & Centaurorū, quos scribit Palephatus primo de  
 Incredibilibus libro nobiles fuisse equites Theffalorum. In Troia post  
 Laomedontem regnauit Priamus.  
 Iair annis XXII, ex tribu Manasse. Hercules agonē Olympiacū con- 2767  
 stituit, à quo usq; ad primam Olympiadē supputatur anni CCCXXX.  
 Iepte Galadites annis VI. Philistini & Ammonita debellantur ab 2773  
 Iepte, qui in libro Iudicū ab ætate Mosi usq; ad semetipsum ait supputari annos  
 Abellan de Bethleem annis VII. Agamemnon imperat (CCC. 2780  
 Mycenis annis XXXV, cuius anno XV Troia capitur.  
 Achialon Zabulonites annis X. Hic cum annis X suis in LXX In 2790  
 terpretibus nō habet, pro quorū damno supplēdo Eusebius Iosue filio  
 Nun, Samueli & Sauli, quorū annos scriptura nō dicit, plures annos q̄  
 in Iosepho legebat annotauit, quatenus ab egressu Israël ex Aegypto  
 usq; ad ædificationē tēpli CCCCLXXX annorū summā, quā scriptura prædicat † CCCL  
 Labdon de tribu Ephraim annis VII. Huius anno III (haberet. 2798 XXX  
 Troia capta est, cōpletis à primo anno Cecropis, qui primus apud Atti-  
 cam regnauit CCCLXXV annis. A XL autem & III regni Nini As-  
 syriorū regis annis DCCCXXXVI. Mortuo Labdō seruiuit Israël Philistais an-  
 Samson de tribu Dan annis XX. Hactenus Iudicū liber (nis XI. 2818  
 tēpora signat, habēs annos CCXCIX, Iudices autē XII. Sicyonijs re-  
 ges defecerūt, qui ab Egialeo usq; ad Zeuxippū regnauerūt DCCCC  
 LXII. Post quos sacerdotes carni cōstitutū sunt. Latinis, qui postea Ro-  
 man i nūcupati sunt, post tertium annū captiuitatis Troiæ, siue ut quidā  
 uolunt octauū regnauit Aeneas annis tribus. Post quē Ascanius annis  
 XXXVIII. Ante Aeneam, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in  
 Italia regnauerūt annis circiter CL. Ascanius Aeneæ filius Albā cōdidit urbē.  
 Heli sacerdos annis XL. In Hebræorū libro XL anni inueniuntur, 2858  
 in LXX autē interpretatione XX. Hectoris filij Illium receperūt expul-  
 sis Antenoris posteris, Heleno sibi subsidū ferente. Latinorū tertius Syl-  
 uius Aeneæ filius, regnat annis XXIX, qui quia post mortē patris edi-  
 tus, ruri fuerat educatus, & Syluij & Posthumi nomē accepit, à quo omnes Al-  
 Samuel annis XII, ut docet Io (hanorū reges Syluij uocati sunt. 2870  
 sephus: In scriptura enim sancta q̄diu p̄fuerit minime pater. Ab hoc tē-  
 pora Prophetarū incipiūt. Latinorū Aeneas quartus Syluius annis XXXI.  
 Saul primus Hebræorū rex annis XX, & huius, quia in Canonica 2890  
 scriptura nō habetur, de Antiquitate Iosephi tēpus regni notauimus. In  
 Lacedæmone regnauit primus Eurystheus annis XLII. Corinthi pri-  
 QVARTA mundi ætas non solū cum in (mus Aleth. XXXV.  
 choato gentis Iudææ imperio, sed cum innouata promissione, quæ patri-  
 bus olim data est imperij Christiani sumit exordium, iurante Domi-  
 no Dauid ueritatem: De fructu uentris eius sedere super sedem eius.  
 Dauid primus ex tribu Iuda rex annis XL. Latinorum quintus La- 2930  
 tinus Syluius annis L. Ephesus condita ab Andronico. Car-

- C thago condita est, ut quidam uolunt à Carcedone Tyrio: ut uero alij, à Didone filia eius anno † CCXLIII post Troianum excidium. Anni mundi. 2970
- Solomō filius Dauid annis XL. Qui quarto regni sui anno, mēse secūdo templū Domino adificare cepit in Hierusalē, collectis ab egressu Israël ex Aegypto annis CCCLXXX, ut Regū quoq; liber testimonio est: Quod in figura uniuersi tēporis, quo in hoc seculo Christi adificatur ecclesia, quæ in futuro perficitur, VII annis perficit, & VII octauū anni mēse dedicauit, Latinorū sextus Alba Syluius Syluij Aenæ filius regnat annis XXXIX. Regina Saba uenit audire sapientiā Solomonis. † 2983
- † 2983 Roboam filius Solomonis annis XVII. Hieroboam de tribu Ephraim separauit X tribus à domo Dauid, & à Domino in figurā hereticorum, qui suos sequaces à Christo & ecclesia segregant. Huius uero anno Sefac rex Aegypti ueniens Hierosolymam templum spoliauit. Latinorum septimus Aegyptus Syluius Albæ superioris regis filius regnat annis XXIII. Samus condita, & Smyrna in urbis modum ampliata. † 2990
- Abia filius Roboam annis III. Hic pugnantē cōtra se Hieroboam superauit, occisis de exercitu eius milibus quingentis, eodē q; sperasset in Dño. 2990
- Afa filius Abia annis XLI. Ab hoc oductus Benadab rex Syriæ Damasci contra Israël, percussit omnē terram Neptalim. Latinorum VIII Capys Syluius Aegypti superioris regis filius regnat annis XXVIII. Afa idola destruit, templū mundat, egredientē contra se Zara Aethiopē cū suo sternit exercitu. Ambri rex Israël emit mōtes Samariæ Lasomer duobus talentis argenti, & adificat eam Achiel de Bethel, Hiericho instaurat. 3003
- D Iosaphat filius Afa annis XXV. Helias Thesbites tres semis annos pluuiam cōtinuit, propter peccata Achab & populi Israël. Et inter cetera magnalia Helisæum filium Saphat, qui erat de Abel in aula, pro se unxit Prophetam. Latinorum IX Capetus Syluius superioris filius Capys regis, regnauit annis XIII. Post quem filius eius Tiberinus Syluius annis VIII, a quo & fluuius appellatus est Tiberis, qui prius Albula dicebat. Post quē Agrippa Syluius filius eius annis XL. Iosaphat Iorā filius Iosaphat annis VIII. Helias curru cōtum coram Dño. igneo rapitur, quasi usq; in cælum, & Helisæus hæres Prophetiæ derelictus, primo miraculo aquas Hiericho sanat. In diebus Ioram recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regē. Ambulauit autē Ioram in uisus domus Achab, filia quippe Achab erat uxor eius. 3006
- Azarias filius Iorā anno uno. Ionadab filius Rechab clarus habet. Azariam cum filio suo Ioas & nepote Amasia ob enormitatem scelerū, & quia nec patrem filiumue quispiam eorum bonum habebat, Euangelista Mattheus à Domini Saluatoris genealogia secludit. 3006
- † 3007 Athalia mater Azariæ annis VI. Quæ uidens interfectū ab Hieu rege Israël filiū suum Azariā, interfecit omnē stirpē regiā domus Ioram, præter solū Ioas filiū Azariæ, quē Iosabeth soror Azariæ uxor Ioiadæ Pontificis furata est de medio filiorū regis cum interficeretur. In LXX Interprete us VII annis regnasse Athalia narratur. Ioas filius Azariæ annis XL. Iste bono principio, & fine usus pessimo, in principijs sui regni templum innouat, in extremis inter cetera facinora Zachariā quoq; filium Ioiadæ tutoris quondā ac regnificatoris sui, inter templū & altare lapidari præcepit: quem ob meritorum gratiam Dominus in Euangelio filium Barachiæ, id est benedicti Domini cognominat. Latinorū XII Aremulus Syluius Agrippæ superioris regis filius, regnauit annis XIX. Qui præsidium Albanorū inter mōtes ubi nūc Roma est, posuit. Huius filius fuit Iulius pauus Iulij Proculi, q; cū Romulo Romā cōmigrās fundauit Iuliam gētē Amalias † 3008

A Amasias filius Ioas annis **xxix.** Helisæus Propheta defunctus sepelitur in Samaria. Azahel rex Syriæ afflixit Israël. Latinorū XIII Auentinus filius Aremuli superioris regis maior filius regnavit annis **xxvii.** atq; in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus, æternum loco uocabulum dedit.

3140

Azarias qui & Ozias filius Amasie annis **LII.** Assyriorū **xxxvi** Thonosconcoleros, qui uocatur graece Sardanapalus, Tharsum atq; Anchialem cōdidit, & in prælio uictus ab Arbace Medo semetipsum incendio cōcremauit. Vsq; ad id tempus fuisse reges Assyriorū historia refert, & fiunt simul anni **mcxcvii.** Omnes autē anni regni Assyriorū à primo anno Nini supputant̄ **mccxl.** Latinorū **xiiii** Procas Syluius Auentini superioris regis filius, regnavit annis **xxiii.** Post quē **xv** Amulius Syluius annis **xlvi.** Arbaces Medus Assyriorū imperio destructo regnū in Medos transtulit, ubi primus ipse regnavit annis **xxviii.** Macedonum regnum inchoat, primum habens regem Caranū annis **xxviii.** Lacedæmoniorum reges deficiunt, Lydorum incipiunt.

3192

Ioathan filius Ozie annis **xvi.** Olympias prima ab Eliensibus constituitur post annū Troianæ captiuitatis **ccccv.** Romulus & Remus generantur Marte & Illia. Ioathan inter cætera uirtutū bonarū opera portam domus Domini sublimissimā edificauit, quæ in Actibus Apostolorum Speciosa uocaf: Omnes siquidē portæ tēpli in terra fuerūt, excepta Speciosa quæ pendeat, quæ ab Hebrais porta uocabat̄ Ioathan.

3208

Achas filius Ioathā annis **xvi.** Ab hoc cōductus Theglath Phalafar rex Assyriorū, Rasin regē Syriæ interfecit, et habitatores Damasci transtulit Cyrenen. Roma cōdita in monte Palatino **xi** Cal. Muias, à geminis Remo & Romulo filijs Rheæ Syluiæ, quæ erat filia Numitoris fratris regis Amulij uirgo Vestalis, sed cōstuprata. Cōsualibus ludis Sabina rapta anno ab urbe cōdita tertio. Remus rastro pastorali à Fabio Romuli

3224

Ezechias filius Achas annis **xxix.** Huius anno se (duce occisus, xto Salmanassar rex Assyriorū capta Samaria transtulit Israël in Assyrios, cuius regnum à primo Hieroboam steterat annis **ccclx.** Mortuo Romulo qui **xxxvii** annis regnavit, per quinos dies Senatores rempublicā rexerūt, atq; ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis **xli.** Qui Capitolium à fundamentis edificauit.

3253

Manasses filius Ezechie annis **lv.** Hic ob scelera sua catenatus & cōpeditus in Babyloniā ducitur: sed ob pœnitentiā & preces restituit̄ in regnū. Romanorū tertius Tullus Hostilius regnavit annis **xxxii.** Qui primus regū Romanorū purpura & fascibus usus est, & adiecto mōte

3308

Amon filius Manasse annis **ii:** In hebraica ueritate duobus annis, in **lxx** legitur regnasse **xii.** Histrus ciuitas in Ponto condita. Amon à seruis suis interficitur.

3310

Iosias filius Amon annis **xxxii.** Hic mundata Iudæa, & Hierusalē templo etiam innouato, post abiectas idolatriæ sordes Pascha Domino celeberrimum facit **xviii** anno regni sui, & cum Nechaone Aegyptiorum rege cōgressus, occiditur in campo Maggedo, quæ nunc Maximianopolis uocaf. Romanorū quartus Ancus Martius Numæ ex filia nepos, regnavit annis **xxiii.** Qui Auentinū montē & Ianiculū urbi addidit, & supra mare **xvi** ab urbe miliario Ostiam cōdidit. Post quē Tarquinius Priscus annis **xxxvii.** Qui Circū Romæ edificauit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas edificauit,

3341

edificauit,

C **æ**dificauit, Capitoliū extruxit. In Hebræo XXXI annis regnasse Iofias, in LXX Interpretibus XXXII legitur. Sed Eusebius inter regnū eius & Ioachim aliū de suo adijcit annū propter menses bis ternos, quibus Ioachas uel Ioachim regnauerat. Verū quid ueritas habeat Hieremias pandit, qui se à XIII anno Iofia: usq; ad annū quartū Ioachim XXIII annis prophetaſſe perhibet, & Nabuchodonosor quarto anno Ioachim regnare cœpiſſe. XIX autem regni eius anno Hieruſalē destructam.

Ioachim filius Iofia: annis XI. Post Iofia: regnauit Ioachaz filius eius tribus mēſibus, quē Nechao uinctū ducēs in Aegyptū, Ioachim regem cōſtituit. Huius anno III à Nabuchodonosor capta Hieruſalē, & plurimis captiuatis, in quibus erant Daniel, Ananias, Azarias & Miſael, partē uasorū tēpli Babiloniā transfert. A IIII Ioachim anno ſcriptura regnū Nabuchodonosor cōputat, q̄a ex eo non ſolū Chalda:is & Iuda:is, ſed & Aſſyrijs, Aegyptijs, Moabitjs, alijsq; innumeris gētibus incipit regnare. Ioachim, qui & Iechonias filius Ioachim, mēſibus III, ac diebus X. Hic circundata à Chalda:is Hieruſalē exiit ad regē Babilonis & mater eius, et ductus eſt in Babilonem cum populo ſuo anno VIII regni Nabuchodonosor.

Sedechias qui & Mathias filius Iofia: annis XI. Huius anno XI, Regis autē Babilonis XIX Iudæa captiuata in Babiloniā, & templū Domini incenſum eſt, anno ex quo fundari cœpit ccccx. Qui autem reliqui fuerunt Iudæi transfugerunt in Aegyptum, qua poſt annos V percuſſa à Chalda:is in Babiloniā ſunt & ipſi tranſmigrati.

D QUINTA mūdi ætas ab exterminio cœpit regni Iudaici, quod iuxta prophetiam Hieremias LXX annis permanſit.

Anno XIII poſtq̄ percuſſa eſt ciuitas, qui eſt XXV annus tranſmigrationis regis Ioachim, cum quo & Ezechiel captiuatus eſt, ipſe Ezechiel in uisionib; dei adductus in terrā Iſraēl, uidit renouationē ciuitatis ac templi ceremoniarūq; eius. Romanorū VI Seruius regnauit annis XXXIII, qui tres mōtes urbi addidit, Quirinalē, Aſquinū, Viminalē, fossas circum muros duxit, census Romanorū ciuiū primus inſtituit.

Anno XXVI poſt euerſionē Hieroſolymorū, qui eſt annus XXXVII tranſmigrationis regis Ioachim, ſubleuauit Eulmerodach rex Babilonis anno quo regnare cœperat caput Ioachim regis Iudæ de carcere, & poſuit thronum eius ſuper thronum regū qui erant cū eo in Babilone. Meminit huius tēporis adhuc futuri Propheta Hieremias ita ſcribēs: Ecce ego mittā et aſſumā uniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, et ad Nabuchodonosor regē Babilonis ſeruū meū, et adducā eos ſuper terrā iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſup omnes nationes eius quæ in circuitu illius ſunt, et interficiā eos, et ponā eos in ſtuporē et in ſibilū, & in ſolitudines ſempiternas, et ſeruiēt omnes gētes iſta regi Babilonis LXX annis: Cūq; impleti fuerint anni LXX, uifiſtabo ſup regē Babilonis, et ſup gentē illā, dicit Dñs, in iqtatē eorū, et ſuper terrā Chaldaorū, et ponā illā in ſolitudines ſempiternas. Et alibi ſcribēs ad tranſmigrationem, quā tranſduxerat Nabuchodonosor de Hieruſalē in Babilonē cum Iechonia rege. Cum cœperint, inquit, impleri in Babilone LXX anni, uifiſtabo uos, & ſuſcitabo uos ſuper ueſtū meū bonū, & reducā uos ad locum iſtum ait Dominus. Rurſum eiufdē temporis iam præteriti uerba dierū ita recordantur: Si quis euaserat gladiū ductus in Babilonem

Anni  
mūdi,

3352

3363

3377

3389

nem

**A** nem, seruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Perfarū, & comple-  
retur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra sabbata sua:  
cunctis enim diebus desolationis egit sabbatū usq; dum complerentur  
LXX anni. Anno autē primo ad explendum sermōnē Domini, quē Io-  
cutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritū Cyri regis Per-  
farum &c. Quibus uerbis ostenditur, quia uastata Chaldaei Iudæa, non  
ut Assyrij in Samariā alios misere colonos, sed desertā reliquere terram,  
donec ipsi post annos LXX in eā redire Iudæi. Cōsentit hijs Iosephus  
in x Antiquitatū libro, scribens templū & Hierusalem, & omnē Iudæ-  
am LXX annis permanisse desolatā. Qui rursus enumerādo reges Ba-  
bylonis, si tamen ipse sic scripsit, & non codex fallit mendosus, c ferē  
annos ab euerfa Hierusalē usq; ad euerfionē regni Chaldaeorū facit col-  
ligi. Scribit enim post Nabuchodonosor, q teste scriptura sacra xxv  
post euerfam Hierusalē uixit annis, Euilmerodach filiū eius regnasse an-  
nis xviii. Post quē Hegesar filium eius annis xl, cui successisse filiū  
eius Labosordach mēsisibus ix; hoc defuncto ad Balthassar, qui Nabo-  
anūcupabatur transisse imperiū. Qui cum iam x & viii regnauerit  
annis captam à Cyro Perfarū, & Dariō Medorū rege Babyloniā ex-  
equitur. Darius autē Astyagis filius, qui Babyloniōrū destruxit impe-  
rium, cū Cyro cognato suo agebat annum † LXX & ii, cum Babylon  
fuisset inuasa, qui tamē alio nomine uocabatur à Græcis, quiq; Danie-  
lem Prophetā sumens ad se in Mediam duxit, & omni eum honore ce-  
lebrauit. Huius Darij ipse Daniel ita meminit: In anno primo Darij filij  
Asueri de semine Medorū, qui imperauit super regnū Chaldaeorū, ego  
**B** Daniel intellexi in libris numerū annorū, de quo factus est sermo Dñi  
ad Hieremiam Prophetā, ut cōplerentur desolationis Hierusalē LXX  
anni. Eusebius in temporū libro, xxx annos ab euerfione Hierusalē  
usq; ad initium Cyri regis Perfarū: Iulius autē Africanus LXX com-  
putat. Porro Hieronymus in expositione Prophetæ Danielis ita dicit:  
Tradunt enim Hebræi huiusmodi fabulā usq; ad LXX annū, quo  
Hieremias captiuitatē populi Iudæorū dixerat esse soluendā. De quo et  
Zacharias in principio uoluminis sui loquitur: Irritam putans dei pol-  
licitationem Balthassar, falsumq; promissum, uersus in gaudium fecit  
grande conuiuium, insultans quodammodo spei Iudæorum, & uasis  
templi dei. Sed statim ultio secuta est.

Perfarum primus Cyrus regnauit annis xxx. Hic ut impleretur  
uerbum Domini ex ore Hieremiæ, primo sui regni anno laxata He-  
bræorum captiuitate l ferē milia regredifecit in Iudæā, restituens eis  
uasa templi Domini aurea & argentea v cccc. Qui congregati in Hie-  
rusalē mense septimo ædificauerunt altare, & à primo die mensis eiusdē  
cœperūt offerre holocaustū Domino. Anno autē secūdo aduentus sui  
mense secundo templi fundamenta iecerunt, anno incensionis eius iu-  
xta Africanū LXXII. Iuxta autem Chronica Eusebij XXXII. Sed im-  
pedientibus Samaritis intermissum est opus usque ad annum Darij se-  
cundum, qui etiam Asueri in regno & Artaxerxis scripserūt accusatio-  
nem aduersum Iudæos, & rescripsit Artaxerxes ne ædificaretur Hierusa-  
lem. Romanorū vii Tarquinius regnauit annis xxxv, qui causa  
Targnij iunioris filij sui, qui Lucretiā corruerat, à regno expulsus est.

Cambyfes

Anni  
mundi.

† LXXII

Eusebius.  
Iulius Africa-  
nus.

3413

C Cambyfes Cyri filius annis viii. Hic de uicta Aegypto cunctā eius religionem abominatus, ceremonias eius & templa deposuit. Babylo- 3431  
nem in Aegypto aedificauit. Hunc aiunt ab Hebraeis secundum Nabu-  
chodonosor uocari, sub quo Iudith historia conscribitur.

Fratres Magi mēsis vii. Ielus sacerdos magnus et princeps gētis, 3432  
Zorobabel, Aggeus, Zacharias, & Malachias Propheta: clarescunt.  
Pythagoras physicus Philosophus clarus habetur.

Darius annis xxxvi. Inter Dariū & Cambyfen regnasse duos fra- 3468  
tres Magos in libris Chronicorum Eusebii reperimus. Verū Hierony-  
mus in expositione Danielis scribit post Cābyfen Smerden magnū re-  
gnasse, qui Panthapten, inquit, filiā Cambyfis uxore duxit: qui cum a  
vii Magis fuisset occisus, & in locum eius Darius suscepisset imperi-  
um, eadē Panthaptes nupsit Dario, & ex eo Xerxen filiū genuit. Secū-  
do anno Darij LXX captiuitatis Hierusalē annus implet, ut uult Euse-  
bius, teste adhibens Zachariam Prophetā, apud quē secundo Darij an-  
no loquitur angelus: Domine exercituum usque quo tu non misereberis  
Hierusalem, & urbū Iuda quibus iratus es? Iste LXX annus est. Item  
iiii Darij regis anno dicit idem Propheta: Cum ieiunaretis & plange-  
retis per hos LXX annos, nunquid ieiuniū ieiunastis mihi? Sexto Da-  
rij anno templi aedificatio cōpletur, die tertia mensis Adar, qui est XLVI  
annus, ex quo eius sub Cyro fundamenta sunt iacta. Vnde in Euange-  
lio dicunt Iudaei: XL & vi annis aedificatum est templum hoc: Coepe-  
runt autem aedificare anno secundo Darij, mense vi, die †xxxix: & an-

D no vi, ut dictum est, mense xii, die tertia compleuerunt. Ex quo ap- 3488  
paret, opus templi & antea ex parte non parua peractum: annos autem  
LXX a destructione illius usq; ad perfectam restaurandi licentiā esse  
computandos. Pulsis urbe regibus, qui imperauerunt annis ccxliiii  
uix usq; ad xv lapidem Romae tenebat imperiū. Romae post exactos  
reges primum Consules a Bruto esse coeperunt, deinde Tribuni plebis  
ac Dictatores, & rursus Consules rempublicam obtinuerunt per an-  
nos ferme cccclxxxiiii usq; ad Iulium Caesarem, qui primus singu-  
lare arripuit imperium, Olympiade clxxxiiii.

Xerxes filius Darij annis xx. Hic Aegyptū quae a Dario discesse 3488  
rat capit, & aduersus Graeciam pugnaturus dcc milia armatorum de  
regno, & †cccc de auxilijs, rostratas etiā naues mille ducentas, one-  
rarias autem tria milia numero habuisse narratur. Attamē uictus patriā  
refugit. Herodotus historiarū scriptor, Zeuxis pictor agnoscitur.

Artabanus mensibus vii. Socrates nascitur. 3498

Artaxerxes qui & Longimanus, id est μαρόχειρ annis xl. Hu- 3529  
ius anno vii prima die mensis primi Esra sacerdos & Scriba legis  
dei ascendit de Babylone cum Epistolis regis, & in prima mensis quin-  
ti uenit in Hierusalem cum uiris m dcc. Et inter alia strenue gesta  
castigauit filios transmigrationis ab uxoribus alienigenis. Eiusdem  
anno xx Neemias Pincerna de Sufis castro adueniens murum Hie-  
rusalem lii diebus restituit, & ducatū genti xii annis praebuit. Huc  
usq; diuina scriptura tēporū seriē continet: quae uero post hac apud Iu-  
daeos sunt gesta, de libro Machabarū, & Iosephi, atq; Africani scriptis  
exhibentur, qui deinceps uniuersam historiam usq; ad Romana tēpora

prosecuti

A profecuti sunt. Et quidem Africanus in quinto temporū uolumine huius temporis ita meminit: Mansit itaq; imperfectum opus usq; ad Neemiam, & uigesimali annū regis Artaxerxis: Quo tēpore regni Persarum c & xv anni fuerunt euoluti: Captiuitatis autē Hierusalem CLXXX & v annus erat. Et tunc primum Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalem, cui operi praeiuit Neemias, & aedificata est platea, & muri circumdati. Et ex illo tēpore si numerare uelis, LXX annorū hebdomadas usq; ad Christū poteris inuenire. Xerxes mēses II. Post quē Sogdianus mēses VII. Plato nascit. Hippocrates medicus insignis habetur.

Anni  
domini.

Darius cognomēto Nothus annis XIX. Aegyptus recessit à Persis. Reuersis de captiuitate Iudaeis, non reges, sed Pontifices praefuerunt usque ad Aristobulum, qui cum dignitate Pontificis etiam regale sibi cepit usurpare uocabulum.

3548

Artaxerxes qui cognominatus est Memnon, Darij & Parisatidis filius, annis XL. Sub hoc rege uidetur Hester historia cōpleta: ipse quippe est qui ab Hebraeis Asuerus, & à LXX Interpretibus Artaxerxes uocatur. Athenienses XXIII literis uti ceperunt, cum antea XVI tantum literas haberent. Carthaginensium bellum famosum. Gallii Senones duce Brenno Romam inuaserūt, excepto Capitolio, & incensam VI mensibus uastauerunt. Tribuni militares pro Consulibus esse ceperūt. Aristoteles auditor est Platonis, XVIII aetatis annum agens.

3588

Artaxerxes qui & Ochus annis XXVI. Ipse Aegyptum suo iunxit imperio, Nectanebo rege in Aethiopia pulso, in quo Aegyptiorū regnū destructum est. Demosthenes Orator omnium rumore celebratur. Romani Gallos superāt. Plato morit, post quē Academiā Speusippus tenuit.

3614

Artaxerxes Ochi filius annis IIII, Iudaeorum Pontifex maximus Iaddus clarus habetur, cuius frater Manasses templum in mōte Garizi construit. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates quarto anno Ochi Alexander. Philippi & Olympiadis filius uigesimali aetatis annum gerens Macedonibus regnare incipit.

3618

Darius Arsami filius annis VI. Alexander aduersum Illyrios & Thracas feliciter dimicans, subuersis Thebis in Persas arma corripuit, & apud Granicum flumen regijs ducibus oppressis, urbem Sardis capit. Idem capta Tyro Iudaeā inuadit, à qua fauorabiliter exceptus, deo uictimas immolat, & Pontificem templi Iaddum honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso, ac VII regni sui anno Alexandriam in Aegypto condidit. Nec mora Babylonem obtinuit interfecto Dariō, in quo Persarum regnum destructū est, quod steterat annis CCXXXI. Quo tēpore etiā Latini à Romanis pdomiti sunt.

3623

Alexander post mortem Darij annis V regnauit: nam antea VII. Alexander Hircanos & Mardos capit, reuertensq; in Hammone condidit Paretonium. Idem Indicum usque oceanum uictorijs potius quàm bellis peruenit, ac Babylonem reuersus, XXXII uita, regni autem sui XII anno ueneni haustu periit. Post quem translato in multos imperio Aegyptum Ptolemæus Lagi filius tenuit, Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri. Syriam & Babylonem, & omnia regna orientis Seleucus Nicanor. Asia regnauit Antigonus, qui apud Daniem per IIII hirci, qui arietem contereret, cornua designantur.

3629

† Medos

Gg Aegypto

C Aegypto primus regnavit Ptolemæus Lagus filius annis XL. Appius Claudius Cæcus clarus habetur, qui aquã Claudiam induxit, & uiam Appiam stravit. Ptolemæus Hierosolymis & Iudæa in ditionē suam do-  
lo redactis, plurimos captiuos in Aegyptum transtulit. Iudæorū Pontifex maximus Onias Iaddi filius clarus habetur. XIII Ptolemæi anno Syriæ, & Babylonis, & superioribus locis regnare incipit Seleucus Nicator. A quo tempore Machabæorū hebræa historia græcorū supputat regnum, & Ediffeni sua tempora cōputant Seleucus Seleuciã, Laodiciã, Antiochiã, Apamiã, Ediffam, Berceam, & Pellam urbes cōdidit. Iudæorum Pontifex maximus, religiosissimus ac piissimus Simon Onias filius clarus habetur. Post quē Eleazarus frater eius suscepit templi ministerium, filio eius Onia paruo admodū derelicto. Seleucus in eas urbes quas extruxerat Iudæos transfert, ius eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.

Ann  
domini  
3669

Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII. Sosstratus Gnidius Pharam in Alexandria cōstruxit. Ptolemæus Iudæos qui in Aegypto erant liberos esse permisit, & Eleazaro Pontifici multa Hierosolymam, & in templi donatiã uasa transmittens LXX Interpretes petit, qui scripturã sanctam in græcū uerterent eloquiū. Aratus agnoscitur. Iudæorū Pontificatum post Eleazarū auiculus eius Manasses accepit. Tantæ autem potentie fuisse narratur Ptolemæus iste Philadelphus, ut Ptolemæum patrem uinceret: Narrant enim historia habuisse eum peditum CC milia, equitum XX milia, curruum II milia, elephantos quos primus adduxit ex Aethiopia cccc. & cætera hijs similia.

3707

D Ptolemæus Euergetes frater superioris regis annis XXVI. Qui inde Euergetes ab Aegyptijs est uocatus: quia capta Syria & Cilicia, & prope modum uniuersa Asia inter innumera argenti pondera ac uasa preciosa quæ cepit, etiam deos eorum, quos Cambyfes capto Aegypto in Persas portauerat, retulit. Iudæorum Pontifex Onias Simonis Iusti filius clarus habetur. Cuius item filius Simon non minori gloria fulget. Sub quo Iesus filius Sirach Sapiētiae librum componens, quem uocant Parnareton, etiam Simonis in eo fecit mentionem.

3733

Ptolemæus Philopator filius Euergetis annis XVII. Antiochus rex Syriæ uicto Philopatore Iudæã sibi sociat. Iudæorū Pontifex maximus Onias filius Simonis insignis habetur, ad quē Lacedæmoniorū rex Ari-

3750

Ptolemæus Epiphanes filius Philopatoris (us legatos mittit, annis XXIII. Secundus liber Machabæorū apud Iudæos huius temporis gesta continet. Onias sacerdos assumptis Iudæorū plurimis fugit in Aegyptum, & à Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoleos uocabatur, & concedente rege templū extruxit in Aegypto simile templi Iudæorum, quod permāsit usq; ad imperium Vespasiani annis CCL. Sub occasione igitur Onias Pontificis infinita examina Iudæorum in Aegyptum confugerunt. Eo tempore & Cyrene eorum multitudine repleta est. Hac autem uel Onias, uel cæteris fuit causa Aegyptum petendi: quia pugnantibus contra se magno Antiocho & ducibus Ptolemæi, posita in medio Iudæa in contraria studia scindebatur, alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus.

3774

Ptolemæus

**A** Ptolemæus Philometor annis **xxxv.** Aristobolus natione Iudæus, 3809  
 Peripateticus Philosophus agnoscitur, qui ad Philometorē Ptolemæū  
 explanationum in Mosen cōmentarios scripsit. Antiochus Epiphanes,  
 qui post Seleucum, cognomento Philopatore annis **xi** regnavit in  
 Syria, Iudæorum legē impugnans, omniaq; sordibus idolorum cōplens,  
 in templo Iouis Olympij simulachrum ponit. Sed & in Samaria super  
 uerticem montis Garizi, Iouis Peregrini delubriū adificat, ipsis Samari-  
 tanis ut id faceret precantibus. Verū Mathathias sacerdos leges patrias  
 uindicat, aduersus Antiochi duces arma corripiens. Quo mortuo ducati  
 Iudæorū suscepit filius eius Iudas Machabæus anno **cxlvi** regni Græ-  
 corum, **xx** autem Ptolemæi, Olympiade **clv.** Qui mox Antiochi  
 duces de Iudæa expellens, & templū ab idolorum imaginibus emundās,  
 patrias leges post triennū suis ciuib; reddidit. Vnde post secessum Oniæ  
 sacerdotis in Aegyptū, de quo supra diximus, et mortē Alchimī, qui effu-  
 gato Oniæ Pontificatum indignus inuadere tentabat, omnium fauore  
 Iudæorum Machabæo sacerdotium decernitur, quod post mortem eius  
 frater Ionathas fortitus, **xix** annis summa ministravit industria.

Ptolemæus Euergetes annis **xxix.** Ionathas dux Iudæorū & Pon- 3838  
 tifex cum Romanis & Spartiacis amicitias facit. Quo à Triphone inter-  
 fecto in sacerdotium frater Simon assumitur, anno regis Euergetis **vii.**  
 quod **viii** annis strenuissime regēs, filio Ioanni reliquit. Hic aduersum  
 Hyrcanos bellū gerens, Hyrcani nomē accepit, & à Romanis ius amici-  
 tiæ postulans, decreto Senatus inter amicos relatus est. Samariā, quæ no-  
 stro tempore Sebaste uocatur, obsidione captā solo coæquauit, quā po-  
 stea Herodes instaurans, Sebasten in honorē Augusti appellari uoluit.

**B** Ptolemæus Physcon, qui & Soter, annis **xvii.** Cicero Arpini nascitū 3855  
 matre Heluīa, patre Equestris ordinis ex regio Volscorū genere. Hyrcano in Pontificatū, quod ipse **xxvi** annis tenuit, Aristobolus succedit  
 annum unū, qui rex pariter & Pontifex primus apud Iudæos diadema-  
 tis sumpsit insigne, post **ccclxxxiii** annos Babylonīæ captiuitatis.  
 Post quem regnavit Ianeus, cognomento Alexander, annis **xxvii**,  
 qui Pontificatum quoq; administrans crudelissime ciuib; præfuit.

Ptolemæus qui & Alexander annis **x.** Huius anno **vii** Syria in Ro- 3865  
 manam ditionem cessit, capto Philippo à Gabinio. Expulsus de regno  
 Ptolemæus Physcon per matrem Cleopatram in Cyprum secedit.

Ptolemæus, qui à matre fuerat eiecctus, annis **viii**, regressus de fuga re- 3903  
 gnum obtinuit: quia Alexandrum qui ante eum fuerat, ob interfectionē  
 matris ciues pepulerant. Sylla Athenienses uastat.

Ptolemæus Dionysius annis **xxx.** Ab huius anno **v** Alexandra 3925  
 uxor Alexātri Pontificis post mortē eius regnavit Iudæis annis **ix.** Ex  
 quo tēpore Iudæos rerū confusio, & uariæ clades oppresserūt. Post cuius  
 mortem Aristobolus & Hyrcanus filij eius contra se de imperio dimi-  
 cantes, occasionē præbuere Romanis, ut Iudæā inuaderēt. Itaq; Pompe-  
 us Hierosolymā ueniens, capta urbe & tēplo reserato usq; ad Sancta san-  
 ctorum accedit, Aristobolū uinctum secū abducit, Pontificatum confir-  
 mat Hyrcano. Deinde Antipatrū Herodis Ascalonitæ filium Procurato-  
 rem Palæstinæ facit, mansitq; in Pontificatu Hyrcanus annis **xxxiiii.**  
 Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul à Mantua na-

Gg 2 scitur,

C scitur, Pompeio & Crasso coss. Pompeius captis Hierosolymis tribu- Anni  
mundi.  
tarios Iudæos facit, Virgilius Cremonæ studijs eruditur, Cæsar Germa-  
nos & Gallos capit, & Britannos quoq; quibus ante eum ne nomē quidē  
Romanorū cognitū fuerat, uictos obsidibus acceptis stipendarios facit.

Cleopatra soror Ptolemæiannis **XXII**, Orto enim bello ciuili inter Cæ- 3875  
sarem & Pompeiū, uictus Pompeius Alexandriam petit, ibiq; ab ipso,  
à quo sperabat auxilia, Ptolemæo percussus interiit. Mox Cæsar Alexan-  
driam uenit, ipsi quoq; Ptolemæus parare insidias uoluit, unde bello ei il-  
lato, uictus in Nilo periit. Cæsar Alexandria potitus, regnum Cleopatræ  
dedit, cum qua consuetudinem stupri habuerat: cuius regni tertio an-  
no ipse primus Romanorū singulare obtinuit imperium, a quo Cæsares  
Romanorū Principes appellati, Cleopatra regio comitatu urbē ingressa.

Cæsar ob insolentiam morū coniurantibus in eum **LX**, uel amplius Se- 3910  
natoribus Equitibusq; Romanis in Curia cōfossus interiit. post annos  
**III**, & menses **VI**, q̄ regnare cœperat, Cassius Iudæa capta templū spoliat.

Octavianus Cæsar Augustus Romanorū **II** regnauit annis **LVI**, & 3966  
mensibus **VI**, à quo Augusti appellati reges Romanorū; quorum **XV**

uiuente Cleopatra, **XL** & unū postea uiuit annos. **XI** Augusti anno  
deficiente in Iudæa Pontificum principatu, Herodes nil ad eum pertinēs,  
utpote Antipatri Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, à Ro-  
manis Iudæorū suscepit principatū, quod tenet annis **XXXVI**. Qui ne  
ignobilis forte & à Iudæorum semine argueretur extraneus, cōbussit li-  
bros omnes, quibus nobilitas gentis in tēplo seruabatur ascripta, ut defi-  
cientibus probamentis, & ipse ad hanc pertinere putaretur. Insuper etiā  
ut suam sobolē regio illorum generi cōmisceret, proiecta Dositæ scemi-  
na Hierosolymitana, quā priuatus acceperat uxorem, & nato ex eo filio  
Antipatro, sociat sibi Mariamnem filiā Alexandri, neptem Aristoboli  
fratris Hyrcani, qui ante eum rex erat Iudæorū. Hac quinque ei filios ge-  
nuit, quorū duos Alexandrum & Aristobolū ipse necauit in Samaria.  
Nec mora post etiam matrē illorum, qua nil carius nouerat, simili scele-  
re peremit. E quibus Aristobolus Herodē ex Beronice suscepit filiū,  
quem in Actibus Apostolorū ab angelo percussum legimus. Tertio in-  
ter Augustum & Antoniū orto bello, quod Antoniū, qui Asiam & o-  
rientem tenebat, repudiata sorore Augusti Cleopatram duxisset uxore,  
Antoniū & Cleopatra uicti semet interficiunt. A quo tempore quidam  
primum annum Augusti monarchiæ supputant. Hacenus qui uocabā-  
tur Lagidæ in Aegypto regnauerunt annis **CCXCV**.

Anno Cæsaris Augusti **XLII**, à morte uero Cleopatræ & Antoniū, 3992  
quādo & Aegyptus in prouinciā uersa est, anno **XXVII**, Olympiadis cē-  
tesimæ nonagesimæ tertiæ, anno tertio, ab urbe autē cōdita **DCCLII** an-  
no, id est eo anno quo cōpressis cunctarū per orbē terræ gentiū motibus  
firmissimā uerissimāq; pacē ordinatione dei Cæsar cōposuit, Iesus Chri-  
stus filius dei sextam mundi ætatē suo cōsecrauit aduentu, anno imperij  
Augusti **XLIII** Herodes morbo intercutis aquæ, & scatentibus toto  
corpore uermibus, miserabiliter & digne moritur. Pro quo substitutus  
ab Augusto filius eius Archelaus, regnauit annis **IX**, id est usq; ad ipsi-  
us Augusti finē: tūc enim nō ferentibus ultra, sed ac cusantibus apud Au-  
gustū ferocitatē eius Iudæis in Viennā urbē Galliæ relegatur, & ad minu-  
endam Iudæici regni potentia, insolentiaq; domandā, quatuor fratres eius  
pro eo

*ifcstg noty*

A pro eo sunt Tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lísias & Philíppus: quorū Philíppus & Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiā uiuente Archelao Tetrarchæ fuerant ordinati. Anni mundi.

Tiberius priuignus Augusti, hoc est Liuiæ uxoris eius, filius ex superi ore genitus cōiuge, regnauit annis xxiii. Huius anno xii Pilatus Iudææ Procurator ab eodē dirigit. Herodes Tetrarcha, qui Iudæorū príncipatū tenet annis xxiiii, in honorē Tiberij, & matris eius Liuiæ Tiberiadē con-

Anno xv imperij Tiberij, Dominus post ba- (didit, & Libiadē. 3980

ptísmū quod prædicauit Ioannes, mūdo regnū cœlorū annūtiat, peractis à mundi principio secundū Hebræos annis, ut Eusebius in Chronicis suis signat iiii milibus, annotādo q̄ xvi anno Tiberij príncipiū fuerit lxxxii Iubilei secūdū Hebræos. Quare autē nostra supputatio unde uiginti min⁹ ponens æstimauerit annos, facile qui superiora libelli huius legerit inueniet. Iuxta uero Chronica eadē quæ ipse Eusebius de utraq; editione, ut sibi uidebat, cō-

Anno xviii imperij Tiberij (posuit, anni sunt v milia ccxxxviii. 3984

Dñs sua passione mundū redemit, & prædicaturi per Iudææ regiones Apostoli, Iacobū fratē Domini Hierosolymis ordināt Episcopū, ordināt & vii Diaconos. Et lapidato Stephano ecclesia p̄ regioēs Iudææ & Samariæ dispergit, Agrippa cognomento Herodes, filius Aristoboli, filij Herodis regis, accusator Herodis Tetrarchæ, Romam profectus à Tiberio in uíncula conijcitur, ubi plures sibi afsiciuit ad amicitiam, & maxime Germanici filium Caium.

Caius cognomēto Calígula regnauit annos iii, mēses x, dies viii. 3993

B Hic Herodē Agrippam amicu suum uínculis liberatū regē Iudææ facit, qui permanet in regno annis vii, id est usq; ad quartū Claudij annū. Quo ab angelo percusso succedit in regnū filius eius Agrippa, et usq; ad extermínū Iudæorū xxvi annis perseuerat. Herodes Tetrarcha & ipse Caij amicitia petens, cogēte Herodiade Romā uenit, sed accusatus ab Agrippa etiā Tetrarchiā perdidit, fugiensq; in Hispaniā cum Herodiade mœrore periit. Pilatus qui sententiā damnationis in Christū dixerat, tantis irrogante Caio angoribus coartatus est, ut sua se manu peremerit. Caius in deos se referens, Iudæorū loca sancta fordibus idolorum profanat. Matthæus in Iudæa prædicās Euangelium scripsit.

Claudius annos xiiii, mēses vii, dies xxviii. Petrus Apostolus 4007

cum primus Antiochenā fundasset ecclesiā Romā pergīt, ibiq; xxv annos cathedram tenet Episcopālē, id est ad ultimū Neronis annū. Marcus Euangelij quod Romæ scripserat, Aegypto Petro mittēte prædicat. Quarto Claudij anno fames grauissima, cuius Lucas meminīt, facta est. Eodē anno ipse Britannia adiens, quā neq; ante Iulium Cæsarem, neq; post eum quisq; attingere ausus fuerat, sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partē in deditiōnē recepit. Orcadas etiā insulas Romano adiecit imperio, ac vi q; profectus erat mēse Romam redijt. Nonno regni sui anno Iudæos tumultuātes Roma expulsi, qđ & Lucas refert. Sequēti anno fames maxima Romā corripit.

Nero annos, xiiii, mēses vii, dies xxviii. Huius secūdo anno Fe- 4021

stus Iudææ Procurator successit Felici, à quo Paulus Romam uinctus mittitur, & bienniū in libera manēs custodia, post hæc ad prædicandū dimittitur, nec dum Nerone in tanta erūpente scelera, quanta de eo narrāt historia. Iacobus frater Domini cū xxx annos rexisset Hierosolymorū ecclesiam, vii Neronis anno lapidatur à Iudæis, uindicantibus in illo, qđ Paulū interficere nequiuērūt. Festo magistratui Iudææ succedit Albinus, Albino Florus, cuius luxuriā

Gg 3 & auaritatē

*ius 10/19*

HERMANNI CONTRACTI

C & auaritiā, cæteraq; flagitia non ferentes Iudæ, contra Romanos rebel-  
lauerūt: Aduersum quos Vespasianus magister militiæ transmīssus, plu-  
rimas urbes Iudææ cepit. Primus uero super omnia scelera sua etiā Chri-  
stianos persequitur. Quorum eximios Romæ Petrū cruce, Paulū occi-  
dit gladio. Hic in re militari nihil omnino ausus, Britannia penē amisit.  
Nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atq; euerfa sunt.

Anni  
mundi.

Vespasianus annos IX, menses XI, dies XXII. Hic apud Iudæam  
Imperator ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio cōmendans, Ro-  
mam per Alexandria proficiscitur: qui secūdo anno Iudææ regnū subuer-  
tit, tēplūq; solo strauit, post annū primæ ædificationis eius, MLXXXIX.  
Consummatum est bellū annis IIII, duobus Nerone uisente, & duo-  
bus alijs postea. Vespasianus inter alia magnorum operum in priuata  
adhuc uita in Germaniā, ac deinde in Britannia a Claudio missus, tricies  
& bis cum hoste conflixit, duas ualidissimas gentes, XX oppida, insu-  
lam Vectam Britannia proxima imperio Romano adiecit, Colossus  
erigitur habens altitudinis pedes CVII.

4031

Titus annos II, menses II, uir omnium genere uirtutum mirabilis,  
adeo ut amor & delicta humani generis diceretur. Hic Amphitheatrum  
Romæ ædificat, & in dedicatione eius quinq; milia ferarum occidit.

4033

Domitianus frater Titi iunior annos XV, menses V. Hic secūdus  
post Neronem Christianos persequitur, sub quo Apostolus Ioannes in  
Pathmū insulā relegatus est, & Flauia Domicilla Flauij Clemētis Con-  
sulis ex forore neptis in insulā Pontianā ob fidei testimonium exiliatur.

4049

D

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domin.
	Anno XLII Octauiani Augusti Cæsaris, ex quo anno Aegyptus in prouinciā redacta est, & Cleopatra cum An- tonio uicta XXVIII anno, ab urbe uero cōdita DCCCLII, Olympiadis CXCIII, anno III, dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iudæ nascitur, transactis ab initio mundi secundum Hebraicā ueritatē annis tribus milibus DCCCLII. Secundum LXX uero Interpretes quinq;	
43	milibus CXCIX.	
44	Augustus Tiberium & Agrippam in filios adoptauit. Herodes infantes occidit.	
45	Iudas Galilæus ad rebellandū Iudæos cohortatur.	
46	Asinius Pollio Orator moritur.	
47	Herodes rex Iudææ cum magno cruciati moritur, pro quo Archelaus regnauit annis IX.	
48	Fames magna Romæ facta est.	
49		
50	Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasq; subegit.	
51		10
52		
53	Iani portæ 12 annis iam ab Augusto clausæ aperiantur.	
54	Messala Coruinus Orator moritur.	
55	Eclypsis solis facta est.	

56 Archelaus

Annus mundi.	Regnum Romanorum.	Annus domini.
66	Archelaus in Viennam Galliarum urbem ab Augusto relegatus, & Iudæa Tetrarchis committitur, & Augustus moritur anno aetatis 76.	
	TIBERIVS II priuignus Augusti regnavit annis 23.	
1	Herodes Tetrarcha Iudæorum regnum tenuit annis 24.	
2	Mathematici urbe pelluntur.	
3	Liuius historiographus moritur. Ouidius Poeta in exilio moritur.	
4	Germanicus à Tiberio missus Germanos uicit.	
5	Tredecim urbes terramotu corruerunt. Germanicus Cæsaris moritur.	10
6	Fenestella historiographus & Poeta moritur.	
7	Tiberius multos reges ad se dolo uocatos nunquam remisit.	
8	Pompeij Theatrum incensum est.	
9	Tiberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno	
10	ueneno perijt.	
11		
12	Pilatus Praeses Iudæa à Tiberio mittitur.	
13		
14		
15	Dominus Iesus Christus à Ioanne baptizatur, tricesimo anno aetatis suae secundum carnem inchoante, & predicare coepit.	30
16	Ioannes Baptista ab Herode Tetrarcha decollatur.	
18	Dominus in Hierosolymis passus est, et resurrexit. Eclipsis solis & maximus terramotus facti sunt.	
19	Iacobus frater Domini Hierosolymorum Episcopus ab Apostolis ordinatus, sedit annis 30. Stephanus lapidatur, Paulus Apostolus de caelo uocatur.	
20	Pilatus imaginem Cæsaris in templo statuens seditionem Iudæis excitauit.	
21	Seianus Praefectus Tiberium, ut Iudæos deleat, cohortatur.	
22	Agrippa Herodem Tetrarcham Romae accusans à Tiberio in uincula mittitur,	
23	Tiberius populum Romae grauiter afflixit, & ipse ueneno perijt.	
	CAIVS Caligula III annis 7, menses 10, dies 8, uir sceleratissimus.	
1	Herodes Agrippa rex Iudæa à Caio constitutus regnavit annis 7.	
2	Iudæi apud Alexandriam profligantur, pro quibus Philo clarissimus scriptor apud Caium interpellans nihil profuit.	40
3	Pilatus semetipsum interfecit magnis à Caio calamitatibus.	
5	Matthæus Euangelium scripsit Hebraice. (oppressus. Caius occiditur à protectoribus suis.	
1	CLAVDIVS IIII annos 13, menses 7, dies 28.	
2	Petrus Apostolus Romam uenit, ibique per 25 annos predicans Episcopus	
3	Herodes Agrippa ab angelo percussus expirat, pro quo filius eius Agrippa regnavit annis 26. Marcus Euangelista in Aegypto Christum annuntiat. Primi Antiochiæ Episcopus Euodius ordinatur.	
	4 Fames	

HERMANNI CONTRACTI

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	4 Fames magna facta est. Claudius Britanniam subegit.	
	5 Noua insula xxx stadiorum in mari apparuit.	
	6 Ciues Romani a Claudio numerati sunt sexages nouies	
4000	7 Iudaeorum in seditione (centum & quadraginta quatuor milia,	50
	8 triginta milia necantur in diebus Azymorum.	
	9 Claudius Iudaeos expulit urbe.	
	10 Magna fames Romae facta est.	
	11 Claudius Felicem Procuratorem Iudaeae facit.	
	12 Hijs temporibus Simon magus simoniaca haereseos autor extitit.	
	13 Aegyptius quidam Pseudopropheta Iudaeorum plures se-	
	ducens a Felice opprimitur.	
	14 Claudius ueneno mortuus est anno aetatis LXIII.	
NERO V annos 13, menses 7, dies 28. Iste flagitiosus		
in cunctis, primam in Christianos persecutionem exercuit, in qua Roma Proce-		
fus & Martinianus, XLVII a beato Petro baptizati, Torpes, Marcellus &		
Apuleus; Mediolani, Nazarius & Celsus; Agleiae, Hermagoras Episcopus.		
Fortunatus Diaconus, Felix cum Constantia; Rauennae Apollinaris Episcopus		
	1 Seditio in Caesarea orta plures (pro Christo coronatur.	
	Iudaeorum perdidit. Festus Felici successit.	
	2 Paulus Apostolus Romam a Festo Praefide mittitur.	
D	3 Huc usque librum Actus Apostolorum, Lucas Euangelista per-	60
	duxit, continentem annos a passione Domini XXVII.	
	4 Statius Poeta clarus habetur.	
	5 Nero Agrippinam matrem suam, & sororem patris interfecit.	
	6 Nero infinita luxuria & lasciuia, ignauiaque bachatur.	
	7 Iacobus frater Domini a Iudaeis lapidatur, Festo Praefidi Al-	
	binus in Iudaea successit.	
	8 Marcus Euangelista apud Alexandriam passus est, pro	
	quo Anianus 23 annis. Albino Florus successit.	
	9 Neronianae Thermae a Nerone aedificantur.	
	Perfius & Lucanus Poetae moriuntur.	
	10 Nero ut similitudinem Troiae ardetis uideret, magnam partem Ro-	
	mae incendit.	
	11 Nero Senecam magistrum suum interfecit. (mae incendit.	
	12 Vespasianus dux exercitus aduersus Iudaeos rebellantes a Ne-	
	rone mittitur. 70	
	13 Petrus & Paulus a Nerone propter Simonem magum trucidantur, & pestilentia Romae facta est, Neroque seipsum interfecit.	
	LINVS I a beato Petro Papa sedit annis 12. Antiochiae	
	secundus Episcopus ordinatur Ignatius.	
	GALBA V mensis: 7. Otho mensis: 3. Vitellius mensis: 8.	
	1 Vespasianus in Iudaea pugnans Impator ab exercitu consti-	
	tuitur. VII annos 9, menses 11, dies	
	22, uir militari uirtute praecipuus.	
	1 Titus Iudaeos inenarrabili fame cruciatus obsedit.	
	2 Hierusalem a Tito expugnata destruitur, anno	
	a passione	

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	à passione Domini 42. A prima uero conditione templi	
3	sub Solomone 1089.	
4		
5	Hoc tēpore Iosephus historiographus clarus habetur.	
6		
7	Colossus erectus est, habens altitudinis pedes 107.	
8		
9	Pestilentia Romæ facta est: Et terramotus tres ciuitates Cypri subuertit.	80
10	Vespasianus profluuiō uētris in uilla circa Sabinos obiit. TITVS VIII Vespasiani filius annos 2 menses 2. Vir omnium genere titutum mirabilis, ita ut delicta & amor humani generis diceretur.	
1	Titus amphiteatrum Romæ construxit, in cuius dedica- tione 5000 ferarum occidit.	
2	Anacletus Papa II sedit annis 12. Titus in eadē uilla qua & pater obiit anno ætatis 42.	
	DOMITIANVS IX frater Titian: 15 mensib: 5. Hic omnibus infectus sceleribus, secundo persequitur Chri- stianos, cuius tēpore passi sunt Romæ Eutyches, Victo- rinus & Maro: apud Amiterninam urbem Victorinus Episcopus.	
B	1 Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.	
	2 Decreto Senatus Titus inter deos refertur.	
	3 Tres uirgines Vestæ ob stuprum damnantur.	
	4 Anianus I post Marcū Euangelistam Episcopus Ale- xandriæ post annos 22 obiit, pro quo Abilius II an: 13.	
	6 Domitianus se deum & dominum appellari iussit.	
		90
	8 Quintilianus rhetor Romæ clarus habetur.	
	9 Hijs temporibus hæresis Menandri magi & Hebionita- rum & Cerinthiorū & Nicolaitarum exoritur.	
	10 Hoc tempore Romani mala plurima à Cæsare & ab ho- stibus pertulerunt.	
	11 Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.	
	12 Clemens Papa III sedit annis 9. Cornelia uirgo uesti- lis ob stuprum uiua defossa est.	
	13 Domitianus multos nobilium occidit.	
	14 Hoc tempore Ioannes Apostolus in Pathmos Insulam à Domitiano exilio missus Apocalypsim scripsit.	
	15 Domitianus Flauiam Domicillam cum multis alijs in exilium pro fide Christi relegauit.	
	16 Domitianus cum multa mala egisset, crudeliter à suis in- terfectus est, anno ætatis 35.	

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
		NERVA X senex anno 1, mēsi bus 3, diebus 8. Hic primo edicto suo omnes exules reuocauit.	
	4050	1 Sanctus Ioannes Apostolus ab exilio rediens Euangelium scripsit. Nerva confectus morbo obiit.	100
		TRAIANVS XI genere Hispanus annis 19, mensibus 6, diebus 15: Vir reipublicæ utilis, sed errore decēpius, tertio persequitur Christianos.	
	1	Alexandriæ III Cerdo Episcopus, sedit annis 12.	
	2	Ioannes Apostolus apud Ephesum dormiuit in pace, anno à passione Domini 68.	
	3	no à passione Domini 68.	
	4	Euaristus Papa IIII, sedit annis 8. Traianus de Dacis & Scythis triumphat.	
	5	Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.	
	6		
	7		
	8	Huius Traiani tempore terræmotus multas urbes subuertit, & aurea domus Neronis incendio periit, & Pantheon fulmine crematum est.	
	9		
	10	Hoc tēpore Simeon Cleophæ filius, Hierosolymæ Episcopus crucifigitur, anno atatis 120, pro quo Iustus. Terræmotus factus est.	110
D		11 Hoc tēpore Plinius Secundus philosophus clarus pro Christianis Traianū mitigat. Ignatius Antiochiæ Episcopus Romæ bestijs traditur, pro quo Oron III constituitur.	
	12	Alexander Papa V sedit annis 10.	
	13	Alexandriæ Primus IIII Episcopus, sedit annis 12.	
	14	Post Iustum Hierosolymæ Episcopum Zacharus IIII, sedit; post quem Tobias V, & post hunc Beniamin VI: deinde Ioannes VII, post quem Matathias VIII, cui succedit Philippus IX.	
	15		
	16	Traianus Armeniā, Assyriam & Mesopotamiā prouincias facit. Terræmotus penē totam Antiochiā subruit.	
	17		
	18	Iudæi cōmoti magnas cades hominū faciunt, sed in Alexandria uicti ab omnibus ubique trucidantur.	
	19	Traianus apud Seleuciam profluuiō uentris moritur anno atatis 64.	
		AELIVS ADRIANVS XII an: 21. Hic per Quadratum discipulū Apostolorū, & Aristidem uirum sapientē, libris Apologeticis edoctus, mitis efficitur Christianis. Huius tēpore passi sunt Romæ Xistus Papa, Getulius, Sabina & Seraphia uirgines: apud Meseñā Eleutherius Episcopus cū Anthia matre. Parisius Dionysius Ariopagita Episcopus: apud Tiburnā Simphorosa cū VII filijs.	
	1	Adrianus Alexandriam publicis restaurauit expensis.	120

Adrianus

*Johannes Euangelium  
scripsit*

*Ioannes apud  
Ephesum*

*CHRISTO  
Euaristus  
Papa IIII  
L. Boh*

Anni mudi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
1	Adrianus iterum Iudæos profligat. Traianum Senatus inter deos refert.	
3	XISTVS Papa VI fedit annis 10. Adrianus plurima tributa relaxat. Terramotus factus est. Bellū contra Sauromas gestum. (deducit.	
4		
5	Adrianus in Libyā quæ à Iudæis uastata fuerat Colonias	
6	Alexandriæ † Iustus V Episcopus, fedit annis 11. Adrianus Atheniensibus legem dedit.	† Iustus.
7	Hierosolymis post Philippū Episcopus Seneca X, & post hūc Iustus XI, deinde Leui XII, post quē Ephres XIII, postea † Iesses XIII, & post hunc Iudas XV Episcopi præfuerunt.	† Ioscs.
8	Hoc tempore Aquila interpres habetur.	
9	Adrianus Apologeticis nostrorum acceptis literas pro Christianis misit.	
10		
11	Hīs temporibus Saturninus & Basilides & Carpocrates hæresim condiderunt.	130
12	Adrianus Pater patriæ primus appellatur. THELES- PHORVS Papa VII, fedit annis 11.	
13	Antiochiæ constituitur Cornelius Episcopus. Nicopolis & Casarea terramotu corruerunt. Templum Romæ & Veneris Romæ factum est.	
14		
15	Adrianus Athenas ampliavit ædificijs plurimis.	
16	Iudæi in arma uersi Palæstinam depopulantur.	
17	Alexandriæ Eumenes VI Episcopus, fedit annis 13.	
18	Iudæi iterum cōmoti, magnis ubiq; cædibus enecantur.	
19	Hierusalem ab Helio Adriano reparata est, & ex eius nomine Helia nuncupata, & Iudæis ne introirēt interdīcta.	
20	Primus ex Gentibus Hierosolymis Episcopus Marcus ordinatur, cū iam XV de Iudaica gente fuissent. (rio.	
21	Adrianus morbo intercutis aquæ morit, maior sexagena ANTONINVS XIII cognomento Pius, annis 22, mēsis 3. Iste per Apologeticū Iustini Christiani philosophi, & postea martyris edoctus, clemens efficit nostris.	
1	HYGINVS Papa VIII, fedit annis III.	
2	Antoninus Pater patriæ appellatur.	
3	Valentinus & Cerdo, & post hos Marcion & Marcus ecclesiam hæresi impugnat. (tonino scripsit.	
4	Iustinus philosophus pro Christianis Apologeticon An	
5	PVS Papa IX, fedit annis 15. Sub hoc Hermes librum Pastoris scripsit.	
6	Antiochiæ constituitur Episcopus Heros V.	
7		
8		

Hh 2 Alexandriæ

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	9	Alexandriæ Marcus VII fedit annis 10.	
	4100	10	150
		11	
		12	
		13	
		14	
		15	
		16	
		17	
		18	
		19	
		20	
		21	
		22	
		23	
		24	
		25	
		26	
		27	
		28	
		29	
		30	
		31	
		32	
		33	
		34	
		35	
		36	
		37	
		38	
		39	
		40	
		41	
		42	
		43	
		44	
		45	
		46	
		47	
		48	
		49	
		50	
		51	
		52	
		53	
		54	
		55	
		56	
		57	
		58	
		59	
		60	
		61	
		62	
		63	
		64	
		65	
		66	
		67	
		68	
		69	
		70	
		71	
		72	
		73	
		74	
		75	
		76	
		77	
		78	
		79	
		80	
		81	
		82	
		83	
		84	
		85	
		86	
		87	
		88	
		89	
		90	
		91	
		92	
		93	
		94	
		95	
		96	
		97	
		98	
		99	
		100	
		101	
		102	
		103	
		104	
		105	
		106	
		107	
		108	
		109	
		110	
		111	
		112	
		113	
		114	
		115	
		116	
		117	
		118	
		119	
		120	
		121	
		122	
		123	
		124	
		125	
		126	
		127	
		128	
		129	
		130	
		131	
		132	
		133	
		134	
		135	
		136	
		137	
		138	
		139	
		140	
		141	
		142	
		143	
		144	
		145	
		146	
		147	
		148	
		149	
		150	
		151	
		152	
		153	
		154	
		155	
		156	
		157	
		158	
		159	
		160	
		161	
		162	
		163	
		164	
		165	
		166	
		167	
		168	
		169	
		170	
		171	
		172	
		173	
		174	
		175	
		176	
		177	
		178	
		179	
		180	
		181	
		182	
		183	
		184	
		185	
		186	
		187	
		188	
		189	
		190	
		191	
		192	
		193	
		194	
		195	
		196	
		197	
		198	
		199	
		200	
		201	
		202	
		203	
		204	
		205	
		206	
		207	
		208	
		209	
		210	
		211	
		212	
		213	
		214	
		215	
		216	
		217	
		218	
		219	
		220	
		221	
		222	
		223	
		224	
		225	
		226	
		227	
		228	
		229	
		230	
		231	
		232	
		233	
		234	
		235	
		236	
		237	
		238	
		239	
		240	
		241	
		242	
		243	
		244	
		245	
		246	
		247	
		248	
		249	
		250	
		251	
		252	
		253	
		254	
		255	
		256	
		257	
		258	
		259	
		260	
		261	
		262	
		263	
		264	
		265	
		266	
		267	
		268	
		269	
		270	
		271	
		272	
		273	
		274	
		275	
		276	
		277	
		278	
		279	
		280	
		281	
		282	
		283	
		284	
		285	
		286	
		287	
		288	
		289	
		290	
		291	
		292	
		293	
		294	
		295	
		296	
		297	
		298	
		299	
		300	
		301	
		302	
		303	
		304	
		305	
		306	
		307	
		308	
		309	
		310	
		311	
		312	
		313	
		314	
		315	
		316	
		317	
		318	
		319	
		320	
		321	
		322	
		323	
		324	
		325	
		326	
		327	
		328	
		329	
		330	
		331	
		332	
		333	
		334	
		335	
		336	
		337	
		338	
		339	
		340	
		341	
		342	
		343	
		344	
		345	
		346	
		347	
		348	
		349	
		350	
		351	
		352	
		353	
		354	
		355	
		356	
		357	
		358	
		359	
		360	
		361	
		362	
		363	
		364	
		365	
		366	
		367	
		368	
		369	
		370	
		371	
		372	
		373	
		374	
		375	
		376	
		377	
		378	
		379	
		380	
		381	
		382	
		383	
		384	
		385	
		386	
		387	
		388	
		389	
		390	
		391	
		392	
		393	
		394	
		395	
		396	
		397	
		398	
		399	
		400	
		401	
		402	
		403	
		404	
		405	

Annū mūdi.	Regnum Romanorum.	Annū domini.
9	Iulius VI Episcopus vir sapiens ordinatur.	
10	Alexandriæ Agrippinus Episcopus sedit annis X. Lucius Cæsar Apoplexi extinctus est.	
11	Cataphrygarum hæresis oritur.	
12		
13	Hijis temporibus Egesippus, Dionysius Corinthi Episcopus, Modestus, Melito, Pynetus Cretæ Episcopus, Theophilus Antiochiæ Episcopus: Apollinaris & alij plurimi doctores clari habentur.	
14	Antoninus Imperator multa prælia per se & per duces suos contra Romanos inimicos exegit. Antiochiæ VII Episcopus † Maximus constituitur.	
15	Hoc tempore Tatianus hæresim Encratitarum condit.	† Maximinus
16	ELEUTHERIVS Papa XII sedit annis † 13: Antoninus Commodum filium consortem regni fecit.	† XV
17	Imperatores de hostibus triumphant, & debita plebi relaxant.	180
18	Lucius Britannia rex ab Eleutherio Papa ut Christianus efficiatur impetrat.	
19	Antoninus in Pannonia moritur. L. ANTONINVS COMMODVS XV post mortem patris annos 13 regnavit. Hic Germanos feliciter uicit, Cæterum obscenus & præuus fuit.	
1	Alexandriæ Iulianus X Episcopus sedit annis X: Commodus de Germanis triumphat.	
2	Templum Serapis Alexandriæ incensum est.	
3	Hoc tempore Panthenus & Clemens Alexandriæ clari habentur.	
4	Hierosolymis Maximus XXVI Episcopus ordinatur, post quem Antoninus XXVII, Valens XXVIII, † Dulcianus XXIX, Narcissus XXX, † Dius XXXI, Germanio XXXII, Gordius XXXIII, & Narcissus XXXIII.	† Dulychianus † Aelius
5	Commodiana Therma Romæ facta sunt.	
6	Origenes apud Alexandriam nascitur.	
7	Hoc tempore Montanus quidam Cataphrygarum hæresim condit.	
8	Irenæus Lugdunensis Episcopus, & alij doctores clari ruerunt.	190
9	Capitolium Romæ & bibliotheca fulmine cremantur.	
10	Commodus Colossi capite sublato, suæ imaginis caput iussit imponi. VICTOR Papa XIII sedit annis 13. Alexandriæ Demetrius XI Episcopus annis 43.	

HERMANNI CONTRACTI

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
C	11 Magna quæstio de Pascha oritur, & in dominica die celebrari iubetur.	
	12 Serapion Antiochiæ Episcopus VIII ordinatur. Commodus multos nobilium interfecit.	
	13 Commodus cunctis incommodus, in domo Vestiliæ ni strangulatur.	
	AELIVS PERTINAX XVI, mensibus 6. Hunc Iulianus iurisperitus occidens, regnavit mensibus 7.	
	1 SEVERVS genere Afer annis 17: Hic Iulianum civiuli bello uicit, & se Pertinacem appellavit.	
	2	
	3 Hoc tempore Narcissus Hierosolymitanus Episcopus, & Theophilus Cæsariensis, Polycarpus quoque & Bachylus Asiani, & alij Episcopi insignes habentur.	200
4150	4 Iudaicum & Samariticum bellum motum est.	
	5 Seuerus Parthos & Adiabenos Arabasq; superavit & subiecit.	
	6 Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam factæ sunt.	
	7 ZEPHYRINVS Papa XIII sedit annis 18.	
	8 Seuerus v persecutione plurimos sanctorum coronauit, inter quos pater Origenis Leonides cum multis alijs martyrizatur.	
D	9 Perpetua & Felicitas hac persecutione apud Carthaginem bestijs deputantur.	
	10 Hoc tempore Symmachus & Theodotion interpretes habentur.	
	11 Seuerus uallum apud Britannos per 132 passuum milia à mari ad mare fecit.	210
	12 Tertullianus Afer clarissimus habetur.	
	13 Seuerus in Britannia moritur.	
	ANTONINVS CARACALLA XVIII annis 7.	
	1 Antiochiæ IX Episcopus Asclepiades constituitur.	
	2 † Hoc tēpore Alexander XXXV Episcopus Cappadociæ à Narcisso Hierosolymitano Episcopo constituitur.	
	3 Antoninus Caracalla propter genus uestis quod Romæ erogabat cognominatur.	
	4 Antoninus Romæ Thermas sui nominis ædificauit.	
	5 Antoninus impatientia libidinis nouercam suam Iuliam duxit uxorem.	
	6 Antoninus interficitur anno uitæ † 43.	220
† 44.	7 OPILVS MACRINVS XIX annum † regnavit.	
	1 Macrinus cum filio Diadumeno occiditur. Pntiochiæ X Philetus Episcopus constituitur.	

† Secus ali-  
quanto Euse-  
biius habet.

M. AVRELIVS

A	Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
		M. AVRELIVS ANTONINVS XX annis 4.	
	1	CALLISTVS Papa XV sedit annis 5.	
	2	Hippolytus Episcopus clarus habetur. Heliogabalum templum Romæ edificatur.	
	3	In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, condita est.	
	4	Aurelius tumultu militari Romæ occiditur. Huius tempore coronantur Romæ Callistus Papa, Urbanus Papa, Cecilia uirgo, Tiburtius & Valerianus, Calepodius presbyter, Palmarius Consul cum uxore & filijs, & Simplicius Senator.	
		AVRELIVS ALEXANDER XXI annis 13. Hic in matrem suam unice pius fuit, & cunctis charus.	
	1	Alexander Xerxen regem Persarum uicit.	
	2	VRBANVS Papa XVI sedit annis 8. Hic multos	† IX
	3	nobilium ad Christi fidem conuertit.	
	4	Vlpianus iuriconsultus insignis habetur.	
	5	Neronianæ thermæ Alexandrinæ uocantur.	230
	6	Geminus presbyter, Hippolytus & Beryllus Episcopi & Bostrenus clari habentur.	
B	7	Antiochiæ Episcopus XI Zebennus constituitur.	
	8	Mamma mater Alexandri Origenem celeberrimum	
	9	doctorem ad se uocatum audire curauit.	
	10	PONTIANVS Papa XVII sedit annis 6.	† V
	11	Alexandriæ Heraclas XII Episcopus uir sapiens sedit	
	12	annis 13.	† XVI
	13	Alexander tumultu militari occiditur.	
		MAXIMINVS XXII annis 3. Iste Christianos & maxime rectores ecclesiæ VI post Neronem persequitur. Sub quo apud Casaream Palæstinam Pamphilus & Maximus presbyteri coronantur.	240
	1	Pontianus Papa & successor eius Antherus XVIII Pa-	
	2	pa post primū mēsem Pontificatus martyrio coronant.	
	3	FABIANVS Papa XIX sedit annis 14. Maximinus Aquileiæ occiditur.	
		GORDIANVS XXIII annis 6.	
	1		
	2	Capienus & Albinus qui imperium arripuerant in palatio occisi sunt.	
	3	Hoc tpe Iulius Africanus chronographus clarus habet.	Iulius Africanus.
	4	Hac tempestate Origenes Theodorum & Athenodorum fratres, postea nobiles Episcopos diuina imbuit philosophia.	

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	5		
	6	Gordianus cum uictor à Parthis reuerteretur, haud longe à Romano solo interficitur.	
		PHILIPPVS cum filio Philippo annis vii. Hic primus omnium Imperatorum Christianus fuit.	
	1	Philippus Philippum filium suum consortem regni fecit.	
	2		
4200	3	Alexandriæ XIII Dionysius Episcopus clarus doctor se- dit annis † 19.	250
† 17	4	Millesimus annus ab urbe condita festiue celebratur.	
	5	Origenes presbyter hijs temporibus tanta scripsit, ut Hieronymus quodam loco quinque milia librorum eius se	
	6	legisse dicat.	
	7	Philippus senior Veronæ, iunior uero Romæ occiditur, DECIUS XXV anno 1, mensibus 3. Iste septimam in Christianos persecutionem excitauit.	
	1	Hac & sequenti persecutione passi sunt Romæ Fabianus Papa, Xistus Papa, Laurentius, Felicissimus, & Agapitus Diaconus, Abdo & Sennes, Hippolytus & Concordia, Irenæus & Habundius, Cornelius Papa, Victoria uirgo, Miniates; Antiochiæ † Babillus Episcopus; Apolloniæ ciui- tatis Leacus, Tirsus & Gallinicus: Hierosolymis Alexan- der Episcopus: Nazanzo Trypho: In Aegypto ciuitate Tanais, Phileas Episcopus, Philoromus: Babylonæ etiã Cresiphontes Episcopus: Pamphiliæ Nestor Episcopus. In Corduba Parmenius presbyter cum alijs: In Cyriēsi co- lonia Marianus & Jacob: In Tyro Anatholia & Audax: In Africa Nemesianus, Felix, Rogantianus presbyter, Fe- licissimus cum alijs: Antiochiæ Asclepiades Episcopus: Alexandriæ Agatho, Serapion, Arsenius, Dioscorus cum alijs: Itē Romæ Stephanus Papa, Eugenia, Iouinus, Ba- silius, Lucius Papa, Basilla, Rufina, & Secunda uirgi- nes, Tertullianus, Protus, Hyacinthus, Xistus Papa, Valerianus, Nemesius, Symphronius & Olympius: In Hispania Teragone: Veronæ Zenon Episcopus, Fru- ctuosus Episcopus, Augurius, & Eulogius Diaconi: Cesareæ marinus & Artemius: In Africa Maxima, Dona- tilla, & Secunda uirgines: In uisco Mitanēsi Priuatus Epi- scopus, Theodorus cognomēto Gregorius Pōti Episco- pus. Sub Claudio uero & Aureliano Proboq; & Cafo Im- peratoribus passi sunt Romæ Felix Papa, Marius & Mar- tha coniunx eius cum filijs, XLVII milites qui baptiza- ti sunt à Dionysio Papa, Cyrilla uirgo: In Campania	

Felix

*philippus in gesshaq  
imperator*

CHRISTO  
Eusebio  
Q. C. V. I.  
L. Boh  
...

D  
† Babylas

A Anni mudi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Felix presbyter & Eusebius: Romæ itē Eutychianus Pa pa, Theodora, Basilides, Tripos & Mandalio: Lingonis sancti gemini: Loonio ciuitate Conon: Cafarea Cappa docia Mammes: Apud Præneste Agapitus: In ciuitate Sa lona Anastasius: Augustoduno Symphorianus: In territo rio Viuariēsi Andeolus Subdiaconus, Andochius presby ter; Thyrsus Diaconus, & Felix: In castro Duuone Beni gnus presbyter: Itē Romæ Crisantus & Daria, Claudius & Hilaria uxor eius cū filijs Iasone & Mauro, & LXX mili tibus. Fabianus martyrizatur, pro quo CORNELIVS Papa XX sedit annis 3.	
	Decius cum filio suo in Thracia à Gothis occiditur. An tonius monachus in Aegypto nascitur.	
	GALLVS XXVI cū Volusiano filio an: 2, mensibus 4.	
1	Origenes anno ætatis 70 moritur. Nouatus presbyter hæ reseos autor extitit. Maxima pestilentia facta est. Antio chia † Demetrius XIII ordinatur Episcopus.	
2	Gallus & Volusianus interfecti sunt Interamnæ.	† Demetria nus
	VALERIANVS XXVII cum Gallieno annis 15. Iste quartam persecutionem in Christianos exercuit.	
1	Cornelius Papa martyr efficitur.	
	LVCIVS Papa XXI sedit menses 8, & martyr efficitur.	
2	STEPHANVS Papa XXII sedit annis 2.	
3	Cyprianus doctor eximius Carthaginēsis Episcopus mar tyrio coronatur.	260
4	XISTVS Papa XXIII sedit annis II. Valerianus com mota persecutione à Sapore rege Persarū captus, & ocu lis priuatus in seruitute miserabili consenscit, & Gallie nus territus pacem Christicolis reddidit.	† VIII
5	Antiochia XV Paulus Samosatenus, postea hæreticus, Episcopus constituitur.	
6	Germani Italiā, Alemanni Gallias & Italiā populantur.	
7	Græcia, Macedonia, Pötus, Asia depopulant per Gothos, & alias plures prouincias Barbarorū quassauit irruptio.	
8	Alexandriæ Maximus XIII Episcopus sedit annis 18.	
9	Hoc tempore Theodorus qui & Gregorius Neocæsaria Episcopus uirtutibus claruit.	
10	Hierosolymæ XXXVII Episcopus Hymeneus cōstituit.	270
11	DIONYSIVS Papa XXIII sedit an: 9. Paulo Samo sateno hæretico deposito Domnus XVI Antiochia Ep scopus ordnatur.	
12	Gallienus Mediolani occiditur.	
13	CLAVDIVS XXVIII an: 1, mensibus 9. Iste Gothos iam per annos 15 Illyricum Macedoniamq; uastantes superat.	Paulus

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	1	Paulus de Samofata Antiochenus Episcopus hareticus esse conuincitur.	
	2	Claudius Sirmio moritur, pro quo frater Quintilius regnauit dies 17, & Aquileia occiditur.	
		AVRELIANVS XXIX annis 5, mensibus 6. Hic reipublicæ utilis, primo clemens Christianis, postea persecutor fuit. Antiochiæ Episcopus xvii Timæus efficit.	
	1	Zenobia regina orientis uincitur.	
	2	Aurelianus Romæ triumphantem Tetricus & Zenobia captiui præcesserunt.	
	3	Aurelianus templum Soli ædificat, & nonā persecutionē in Christianos excitat.	
	4	Aurelianus diuino fulmine territus inter Bizantium & Heracleam à militibus occiditur.	
		TACITVS XXX mensibus 6, Quo apud Pontū occiso Florianus regnauit dies 88, & apud Tharsum occidit.	
	1	FELIX Papa xxv sedit annis 5.	280
		PROBVS XXXI annis 6, mensibus 4.	
	1	Galliæ à Barbaris uastatæ à Probo Ro: restitunt impio.	
	2	Anatholius Laodicæ Episcopus clarus habetur.	
	3	Manes quidam genere Persa insanam Manichæorū hæresim condit.	
D	4	Antiochiæ Episcopus xviii Cyrillus constituitur.	
	5	EVTYCHIANVS Papa xxvi sedit mensibus 10.	
	6	GAIVS Papa xxvii an: 15, Alexadriæ Theonas Episcopus xv an: 18. Probus apud Sirmiu tumultu militū occidit.	
		CARVS XXXII cū filijs Carino & Numeriano an: 2.	
	1	Carus uictor de Parthis sup Tigridē fulmine ictus interijt.	
	2	Numerianus occiditur. Carinus apud Margum à Diocletiano interficitur.	
		Hucusque ab incarnatione Domini supputantur secundum Dionysium anni cclxxxiii.	
		DIOCLETIANVS XXXIII annis 20.	
	1	Ab hoc anno Græci paschales circulos inchoabant.	
	2	Diocletianus Herculium Maximianum in consortium regni assumit.	
	3	Maximianus in Gallia Amandū cum rusticis uicit. Caras sumpta purpura Britannias occupauit.	285
	4	Hoc tempore Carausius Britannias, Narseus rex Persarū orientem, Aegyptum Achilles, Quinquegentiani Africam uastauerunt.	
	5	Diocletianus Constantiū Constantini patrem Cæsarem facit, qui regnauit annis xvi.	290
	6	Diocletianus Galerium Maximianum Cæsarem facit.	

Hoc

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
8	Hoc tempore Phierus presbyter, & Achilles & Melitius Alexandrinus claruerunt.	
9	Hij temporibus diuersis & multis pralijs hostes diuersi	
10	uincuntur.	
11	Diocletianus se ut deum adorari iussit.	
4250	12	
	13 Gaio Papa martyrizato Marcellinus xxviii successit.	
	14 Diocletianus uicto Achilleo Alexandria Aegyptumq̄ recepit.	
	15 Constantius LX Alemannorum occiditur. Hierosoly mis Episcopus Labdas ordinatur xxxviii.	
	16 Alexandria xvi Petrus Episcopus sedit annis xii. Galerius Maximianus a Narseo uictus est.	300
	17 Galerius Maximianus Narseum superauit, & uxorem ac liberos & sorores eius captiuauit.	
	18 Antiochia xix Tiranus Episcopus constituit. Diocletianus & Maximianus insigni popa de hostibus triumphant.	
	19 Diocletianus in oriente, & Herculius Maximianus in occidente ecclesias subuertit, libros diuinos incendit, & Christianos decima persecutione post Nerone cruciauerunt.	
B	20 Marcellino Papa martyrizato Eusebius xxix successit mensibus 8. Quo ite passo, xxx Miltiades sedit annis iiii. Diocletianus Nicomedia, & Maximianus Mediolani purpuras & regnum ob senectutis defectum sponte deponit. In persecutione Diocletiani, Maximiani, Constantij, Seueri, Galerij & Maximiani passi sunt Romae Caius Papa, Ciriacus Diaconus, Largus, Smaragdus, Apronianus, Papias, Maurus, Claudius, & Prepedigna cum filijs, Gabinus presbyter Castulus, Pancratius, Artemius cum uxore & filia, Sebastianus, Marcus, Marcellianus, Marcellinus presbyter, Petrus Exorcista, Tranquillinus, Nicolstratus, Zoë uxor eius, Primus, Felicianus, Claudius, Castorius, Victorinus, Simphorianus, Basiliscus, Faustinus, Simplicius, Beatrix, Tiburtius filius Tromacij, Susanna uirgo, Ioannes, Crispus, Genesius, Felix, & Adactus, Lucia & Geminianus, Sergius & Bachus, Chrylogonus, Saturninus & Sisinnus, Quatuor coronati, Theodorus, Potianus, Prætextatus, & Thraso: Apud Spoletum Gregorius presbyter, Sabinus Episcopus, Exuperantius & Marcellinus Diaconus; Apud insulas Parmarias, Anastasia; Antiochia Iulianus & Basilissa; In Hispania ciuitate Caesaraugustana Vincentius Diaconus; In Barcinona Eulalia uirgo, Oucufas; Apud Gerundam	

*orig. subnot. 2.  
lib. 9. diu. m. d. 2.*

Felix

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini
		Felix: In Cucumis Iuliana uirgo Apud Tyrum Tiran- no, Syluanus, Peneleus & Linus Episcopi, cum innu- mera multitudine: Apud Sirmium Sirenus; Nicomedia, Petrus, Lucianus presbyter Antiochenus, Antimus Epi- scopus, Pantaleon, Ioannes, Adrianus, Dorotheus, & Gorgonius, Eleutherius: Smyrnæ Irenæus Episcopus: In Palæstina ciuitate Gaza, Syluanus: Mediolanis Vi- ctor: In ciuitate Suscia Quirinus Episcopus: Apud Thar- sum Bonifacius: In Aquileia Felix & Fortunatus: Apud Ciliciã Vitus & Modestus, cū Crescentia, Lucia uirgine: In Britannia Albanus: In Massilia Victor: Apud Augustam Afra in Rhetia prouincia: Nicæa Bithyniæ Theodata cū fi- lijs: In ciuitate Compluto Iustinus & Hastar fratres: In Si- cilia Euplus Diaconus: Pergamis Alexander: In Chalce- done Eufemia: In Neapoli Campaniæ Ianuarius Episco- pus Beneuentanus, Sotius Diaconus: Mesenate ciuitate Faustus & Desiderius, In Palæstina Peleus & Nilus Epi- scopi: In Cizico Suastra & Eulafius: Agauno Mauritius cū socijs: Antiochiæ Cyprianus Episcopus cum Iustina. Apud Aegeam ciuitatem Cosmas & Damianus. In ca- stro Solodoro Victor: Apud Coloniam Agrippinam Ge- reon cū socijs: Apud Tharsum Carracus, Probus & An- dronicus. In Venusia Felix Episcopus, Audax, Ianuarius presbyteri: Sueffionis ciuitate Crispinianus & Crispinus: Apud Sidonem Cenobius presbyter: In territorio Agau- nensi Tiberius, Modestus, & Florëtia: In Scythia Men- nas: Antiochiæ Romanus: Alexandria Petrus Episco- pus: In Africa Crispina uirgo: In Tuscia Barbara uirgo: In Hispania Leocadia: Emerita ciuitate Eulalia & Iulia uirgines.	
		GALERIVS & Constantius Augusti. Maximinus persecutor Christianorum & Seuerus Cæsares eliguntur.	
		1 Constantius Augustus uir mansuetus in Britannia Ebo- raci obiit.	
		CONSTANTINVS Cōstantij xxxiiii ex cōcubina Helena filius, annis 30, mensibus 10. Hic primus im- perator excepto Philippo Christianus fuit, & ab hoc Christiani Imperatores cœperunt.	
		1 Maxētius Maximiani Herculij filius Augustus appellat.	
		2 Maximianus Herculius apud Massiliam turpiter inter- ficitur.	
		3 Quirinus Episcopus pro Christo passus est. Occiso Se- uero Licinius Cæsar efficit. Galerius Maximianus Chri- stianorum	

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	stianorū persecutor, diuina ultione tactus parcere Chri- stianis iussit, & ipse moritur.	
4	Maximinus Caesar persecutionē restaurat, & ipse morit. Melciade Papa passō, SYLVESTER XXXI sedit an: 22.	
5	Petrus Alexandria Episcopus martyrio coronatur, pro quo Achilles XVII sedit. Magna fames & lues in per- secutores facta est.	310
6	Constantinus Maxentiū ciuili praelio deo iuuante apud pontem Miluium uicit.	
7	Persecutio tandem post X annos finita est.	
8	Hierosolymitanus Episcopus Macharius XXXIX con-	
9	Diocletianus moritur, & inter deos referi. (stituit	
10	Plurimi persecutorum & magorum trucidantur.	
11	Crispus & Constantinus filij Constantini, & Licinius	
12	Caesares appellantur. Lactantius clarus habetur.	
13		
14	Licinius Christianos de palatio suo expellit & eos per- sequitur.	
15	Alexandria Alexander XVIII Episcopus ordinatur à	320
16	quo Arius presbyter de ecclesia eiecius, multos errori suo sociat, & ecclesiam hæresi impugnat.	
17	Concilium in Nicea congregatur CCCXVIII Episcopo- rum sub Iulio Papa, in quo Arius condemnatur.	
18	Constantinus filius Constantini Caesar efficitur. Lici- nius occiditur.	
19	Hoc tempore crux dominica ab Helena Constantini	
20	matre in Hierosolymis reperitur, sub Machario eiusdem urbis Episcopo.	
21	Vicennalia Constantini Romæ acta.	
22	Antiochia post Tiramnum Vitalis XX Episcopus or-	
23	dinatur, pro quo † Philoginius XXI, & post hunc Pau- linus XXII, cui successit Eustathius XXIII. Quo ob fidem catholicam in exilium misso, Ariani Episcopi XI numero ecclesiam illam unus post alium occupauerunt.	
	† Constantinus uxorem suam Bauisiam interfecit. Dona- tus quidam Donatistarum hæresim condidit.	
24	Constantinus Bizantium urbem reparauit, & ex suo no- mine Constantinopolim appellauit, & sedem Romani regni eam esse uoluit.	
25	Alexandria Athanasius XIX Episcopus ordinatur. Ro- mæ MARCVS XXXII Papa sedit mensibus 8, pro quo IULIUS XXXIII annis 16, mensibus 9. Porphyrius misso ad Constantinū uolumine exilio liberatur. Tem- pla idolorum destruantur.	330

Li Constans

*Brilio*

*Cruz dominica  
reperita*

† Philogonus

*Constantinus uxorem  
Bauisiam interfecit*

*Constantinopolis*

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	27	Constans filius Constantini Cæsar efficitur.	
	28	Antonius monachus clarus habetur.	
	29	Constantia Constantini foror, uxor Licinij moriens, Arianum quendam presbyterum fratri cōmendat.	
	30	Dalmatius Cæsar efficitur. Constantinus in Arianum dogma labitur, ab Eusebio Nicomediense baptizatus.	
	31	Constantinus dum bellū in Perfas pararet apud Nico/ mediam obiit, anno uitæ 66.	
		CONSTANTIVS XXXV filius Constantini cū Con/ stantino & Constante fratribus, annis 24, mensibus 5, diebus 13 regnauerunt.	
	1	Constantius Ariana hæresi per Arianum presbyterū & Eusebiū Nicomediensem polluitur, & catholicos per/ sequitur.	
	2	Jacobus Nisibinus Episcopus uirtutibus claruit. Dalma/ tius Cæsar occiditur. Sapor rex Persarum Mesopotamiã uastat, & Christianos persequitur.	
	3	Constantinus bellum fratri Constantio inferens, iuxta Aquileiam occiditur.	
	4	Terramotus multas urbes obruit. Audeus Syrius Au/ deanam hæresim condit.	340
D	5	Franci à Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.	
	6	Constantinopoli eiecto ab Arianis Paulo Episcopo, Macedonius Hæresiarches in locum eius substituitur.	
	7	Hoc tempore Maximinus Treuitorum Episcopus cla/ rus habetur, à quo Athanasius Alexandria Episcopus, à Constantio profugus honorifice susceptus est.	
	8	Athanasius Episcopus ad Constantis literas Alexan/ driam regreditur.	
	430	10 Eclypsis solis facta est, & terramotus hoc tempore mul/ tas urbes subuertit.	
	11	Bellum contra Perfas graui Romanorū damno geritur. Maximus XL post Macharium Hierosolymitanū Epi/ scopum moritur, post quem Cyrillus expulso Heraclio & cæteri Ariani Episcopi ecclesiam illam occupant.	
	12	Romæ LIBERIVS XXXIII Papa ordinatur. Quo ab Arianis eiecto, Felix locum eius occupat annū unū, sed Liberius hæresi subscribēs redijt & Felix eicitur. Constas haud longe ab † Hyspen interficitur anno ætatis 30.	
	13	Magentius qui Constantem occiderat, & alij rempub/ licam turbant.	
	14	Magentio graui ciuili prælio uicto, Gallus Cæsar efficitur.	350
	15	Gallus multos Iudæorum deleuit, & ciuitatem eorum subuertit.	

Magentius

*Maximinus pro templo  
Athanasijs*

† Hispania

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
16	Magnentius seipsum occidit, & Decentius frater eius laqueo uitam finiuit.	
17	Gallus Cæsar à Constantio patrueli suo ob suspicionem occiditur. Victorinus rhetor, & Donatus Grammaticus Romæ insignes habentur.	
18	Iulianus frater Galli Cæsar efficitur à Constantio. Antonius monachus cv ætatis anno obiit.	
19	Liberius Papa & multi catholicorum Episcopi ab Arianis expulsi sunt. Magnæ Alemannorum copix apud Argentarium deletæ sunt.	
20	Ossa Andræ Apostoli, & Lucæ Euangelistæ, & Timothei Constantinopolim allata sunt. Iulianus Rheno-germanos uicit.	
21	Paulinus Treuirorum Episcopus in exilio obiit. Hoc tēpore Hilarius Pictauiensis Episcopus, & Athanasius Alexandrinus, & omnes catholici Episcopi multa ab Arianis mala passi sunt.	
22	Apud Ariminum Synodus Arianorum contra fidem facta est.	
23	Iulianus bellorum successibus elatus, Augusti nomen usurpat. Constantius in Parthos bellum parat.	
24	Constantius Parthico bello dimisso contra Iulianum arma sumens moritur anno ætatis 46.	360
	IULIANVS XXXVI Apostata anno uno, mensibus 8. Hic ex Christiano lectore paganus factus persequitur Christianos.	
1	Alexandriæ Georgio Ariano Episcopo à populo incenso, Athanasius ad sedem suam reuertitur, in parte catholicorū Antiochiæ Episcopus fit. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Ioannis Baptistæ inuadunt.	
2	Iulianus ad bellū Parthicum profectus, & Christianorū sanguinem dijs suis uouens, dei iudicio à quodam hoste occisus interijt, anno ætatis 32.	
	IOVIANVS XXXVII mensibus 8: Iste iterū cum omni exercitu ad Christianitatem redit.	
1	Iouianus in noua domo recubans, suffocatus odore prunarum & calcis moritur. Synodus hæresica Antiochiæ facta est.	
	VALENTINIANVS XXXVIII regnauit annis 11. Hic ob fidem Christi tribunatu militum à Iuliano priuatus fuit.	
1	Valentinianus Valenti fratri suo Orientis imperium dedit.	

*Imping motus*

*parting ipis app.*

*Iulianus apostata*



HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	2	Romæ DAMASVS XXXV Papa ordinatur. Valens ab Eudoxio Arianorū Episcopo seductus & baptizatus, post mortē fratris orthodoxos persequitur. Terramotus per totum orbem factus est.	
	3	Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator efficitur. Vera lana pluuiæ mixta de nubibus fluxit.	
	4	Athanasius rex Gothorū Christianos in sua gente persequitur. Hilarius Pictauis Episcopus obiit.	
	5	Eusebius Vercellensis Episcopus moritur. Laodiciæ Apollinaris Episcopus plura scripsit, sed postea hæresim condit.	
	6	Magna fames in Phrygia. Lucifer Caralitanus Episcopus uir ualde catholicus obiit.	
	7	† Maximinus Præfectus † Romæ multos nobiliū occidit.	370
	8	† Valentinus Saxones in regione Francorum cæde perdomuit.	
	9	Alexandriæ Petrus XX Episcopus post Athanasium ordinatur. Burgundionum LXXX ferè milia iuxta Rhenum confederunt. Eunomius hæresiarca extitit. Didymus cæcus clarus habetur.	
	10	Magnentia quæ & Tecla Romanarū nobilissima Hierosolymam ueniens, uirtutibus & humilitate claruit. Post Auxentium Arianum Ambrosio Mediolani Episcopo ordinato, Italia ad rectam fidem reuertitur.	
	11	Valentinianus bellum in Sarmatas parans, apoplexi obiit. Multi monachorum martyrio coronantur. VALENS XXXIX post mortem fratris cum Gratiano & Valentiniano annis 4 regnauit.	
	1	Photinus hæreticus morit. Theodosius Theodosij post ea imperatoris pater, & multi nobiles à Valente occisi.	
	2	Gratianus XXXM Alemannorum deleuit. Gothi depulsi ab Hunis diffunduntur in Thraciam. Valens legem dedit, ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici. Gothi datis à Valente hæreticis doctoribus Ariani efficiuntur.	
	3	Gothi fame compulsi rebellant.	
	4	Valens à Gothis occiso exercitu fugiens in domo quadam uiuus crematur. Huc usque Chronicam Eusebij Hieronymus perduxit.	

*Vera lana pluuiæ*

† Maximus.  
† Annona

*Ambrosio*

GRATIANVS.

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	GRATIANVS XI. cum Valentiniano fratre post mortem Patruī annis 6 regnauit.	
1	Gratianus Theodosium genere Hispanum, Orientis Imperatorem fecit. Priscillianus Episcopus hæresim condit.	
2	Ab hoc anno Theophilus paschales circulos inchoat.	380
3	Synodus secunda CL Episcoporum Constantinopoli aduersus Macedonium congregatur sub Damaso Papa.	
4	Hoc tempore Theodosius multis prælijs Gothos, Hunos Alanosq; superauit. Athanaricus rex Gothorum moritur.	
5	Arcadius Theodosij filius Imperator efficitur.	
6	Maximus regnum sibi usurpans, Valentinianum Italia depulit. Gratianus Lugduno occiditur. Romæ post Damasum VRSINVS XXXVI Papa sedit annis 14.	
	THEODOSIVS XLI cum Valentiniano post mortem Gratiani annis XI regnauit.	
1	Theodosius uir omnibus uirtutibus plenus Valentinianum benigne suscepit. Priscillianus & alij hæretici sequaces eius ab Euodio præfecto gladio addicti sunt.	
2	Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & sanctus Martinus Turonensis Episcopus, & Hieronymus presbyter Bethlehemites clarissimi habentur.	
3		
4	Maximus tyrannus à Theodosio uictus & captus, capite plectitur, & Victor filius eius ab Arbogaste interficitur, & Valentinianus regno restituitur.	
5	Ithacius & Vrfacius Episcopi ob necem Priscilliani quæ accusauerant ecclesiæ cōmunionē priuantur.	
6		390
7		
8	Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit. Hieronymus usque huc librum de illustribus uiris ecclesiæ perduxit.	
9	Arbogastes Eugenium tyrannum Imperatorem constituit.	
10	Ioannes heremita Theodosium uictorem fore contra Eugenium prophetat.	
11	Augustinus doctor facundissimus, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur. Claudianus poeta clarus habetur.	

*Ambrosij  
Martinij  
Hieronymij*

*Augustinus*

li 3 Theodosius

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
		Theodosius Eugenium tyrannum superauit, & ipse Mediolani in pace obiit.	
		Huc usq; ecclesiasticam historiam Eusebij Rafinus perduxit.	
		ARCADIUS XLII filius Theodosij cum fratre Ho- norio annis. 13.	
	4350.	1 Gildo Comes Africam sibi usurpare audet. Ioannes heremita obiit.	
		2 Concilium Carthaginense colligitur. Sanctus Martinus Turonorum Episcopus, post multas uirtutes migravit ad Dominum anno atatis 81: Epi- scopatus uero 26.	
		3 Romæ ANASTASIUS XXXVII Papa ordinatur. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, doctor sapien- tissimus, migravit ad Dominum.	
		4 Templâ idolorū destruuntur, & ludi gladiatorū tollunt. † Malcezil Gildonem fratrem deo iuuante superauit.	
		5 Gothi, Halarico & Radagaifo regibus Italiam ingre- diuntur.	400
		6 Ioannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexan- drinus illustres Episcopi sibi inuicem discordissimi ha- bentur. Hoc tempore corpora prophetarum Abacuc & Michæ à Domino reuelantur.	
		7 Romæ INNOCENTIUS XXXVIII Papa sedit annis 14. Gothi Stiliconem cum Romano exercitu uictum fugauerunt.	
		8 Carthaginense Concilium contra Donatistas habetur. Hijs temporibus Orosius presbyter clarus habetur.	
		9	
		10 Hoc tempore Radagaifus hostis crudelissimus cum CC milibus Gothorum deo donante sine bello periit. Hijs diebus Innocentius Papa dedicauit Basilicam Gerualij & Prothasij martyrum.	
		11 Vandali & Alani transito Rheno Gallias intrauerunt.	
		12 Constantinus tyrannus Gallias occupat. Pelagius Brito dei gratiam impugnat.	
		13 Arcadius Orientis Imperator Constantinopoli moritur. Stilico cum filio Eucherio ab Honorio occiditur. HONORIUS XLIII cum Theodosio fratris sui filio annis 15.	
		1 Attalus rex Imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis cohasit, Vandali Hispanias occupauerunt.	

† Malcezer

D

Orosius

Roma

Anni	Regnum Romanorum.	Anni domini.
mūdi.	2 Roma irrupta est à Gothis Halarico rege, anno à conditōne eius M <sup>c</sup> LXIII. Sed quia Christianus rex erat clementer uictoria usus est.	410
	3 Constantinus tyrannus uictus & captus est, pro quo Maximus tyrannidem inuasit.	
	Athaulphus Placidiam sororem Honorij accepit uxore, Constantius dux constituitur.	
	4 Gothi rege Athaulpho Gallias intrant.	
	5 Burgundiones partem Gallia Rheno coniunctam tenuerunt.	
	6 Attalus in Gallijs tyrannidem exercet.	
	7 Corpora Stephani protomartyris, Gamalielis & Nicodemī, Luciano presbytero reuelantur.	
	8 Romæ ZOSIMVS XXXIX Papa sedit annis 3.	
	Gothi placati Constantio Placidiam reddiderunt, cuius ille nuptias promeruit.	
	9 Honorius Attalum tyrannum exilio damnauit.	
	Quæstio de huius anni Pascha sub Zosimo Papa oritur.	
	10 Synodus Carthaginensis congregatur CCXVII Episcoporum, contra Pelagium & cæteros hæreticos sub Zosimo Papa. Eclypsis solis facta est 14 Calendas Augusti, & Cometa usque ad mensem Septembrem uisa est.	
B	11 Honorius Constantium in regni consortium sumpsit.	
	Romæ BONIFACIUS XL Papa annis 4.	
	12 Hieronymus presbyter Bethlehemites, incomparabilis doctor obiit anno uita 91.	420
	13 Constantius Imperator moritur.	
	14 Exercitus contra Vandalos ad Hispanias mittitur.	
	15 Placidia à fratre Honorio cum filijs ad Orientem mittitur, & Honorius moritur.	
	Romæ CELESTINVS Papa XLI annis 9 sedit.	
	THEODOSIUS XLIII minor Arcadij filius annis 26.	
	1 Theodosius Valentinianum Placidia filium consobrinum suum Cæsarem facit, & cum matre ad Occidentis imperium misit.	
	2 Valentinianus Ioannem tyrannum extinxit, Hunosq; per Aëtium Patritium superauit.	
	3 Patroclus Arelatensis Episcopus à Tribuno quodam innocens occiditur.	
	4 Gens Vandalorum à Gothis exclusa de Hispanijs ad Africam transit.	
	5 Nestorius Constantinopolitanus Episcopus hæresim	
	li 4 condit,	

*Hieronymus moritur*

## HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
		condit, sanctam Mariam Theotocon negans, cui Cy- rillus Alexandrinus Episcopus, & Celestinus Papa multum resistunt.	
		Aëtius multis Francis cæsis, partem Gallia quam pos- federant recepit.	
	6		
	7	Sanctus Augustinus Hipponensis Episcopus & doctor facundissimus in ciuitate sua à Barbaris obsessus, obiit anno ætatis 76, Episcopatus uero sui 40.	430
	8	Palladius Episcopus à Celestino Papa ad Scotos cre- dentes Christo mittitur.	
		Romæ XISTVS XLII Papa sedit annis 8.	
		Hoc tempore tertia Synodus uniuersalis in Epheso con- gregatur c Episcoporum contra Nestorium sub Ce- lestino Papa.	
	9		
	10		
	11		
	12	Pax cum Vandalis facta, data eis Africa portione. Aëtius Gundicarium Burgundionū regem uicit, quem Huni post peremerunt.	
D	13	Gothi pacem turbant, & per Litorium ducem Roma- num pelluntur.	
	14	Ginsericus rex Vandalorum Arianus/catholicos in A- frica persequitur. Valentinianus filiam Theodosij in matrimonium accipit.	
	15		
	16	Iulianus Athelensis Episcopus Pelagianista iactantis- simus, ecclesiam multa arte insequitur, sed à Xisto Papa damnatur. Bellum aduersus Gothos Hunis auxiliato- ribus geritur, & Litorius dux Romanus ab eis capitur, Ginsericus dolo Carthaginem cepit.	
	17	Ginsericus Siciliam grauiter afflixit.	440
		Romæ LEO XLIII Papa constituitur.	
	18	Theodosius Imperator bellum contra Vandalos ineffi- caciter mouit.	
	19	Huni Thracias & Illyricum uastauerunt. Pax cum Ginserico facta est.	
	20	Leo Papa multos in urbe Manichæos inueniens publi- cauit & correxit. Et sanctus Briccius Turonensis Epi- scopus obiit, cui sanctus Eustathius successit.	
	21	Attila rex Hunorum † Bledam fratrem interfecit, & eius populum sibi subiecit.	

† Bledam

De huius

*Martinus Augustinus*

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	De huius anni Pascha Proterius & Paschasinus Leo ni Papæ scribunt.	
	22	
4400	23 Britanni contra Scotos & Pictaues auxiliū ab Aëtio & Romanis petunt, nec impetrant.	
	24 Eutyches Constantinopolitanus haresim cōdidit, & suf fragante Theodosio Imperatore & Dioscoro Alexan drino Episcopo, Flavianum Constantinopolitanū Epi scopum catholicum multis iniurijs affecit.	
	25 Theodosius Leonē Papam pro Eutychete ad se uocat,	
	26 qui à populo Romano uenire prohibitus nuntios mittit.	
	Theodosius imperator orientis moritur.	
	MARTIANVS XLV cum Valentiniano annis 7.	
	1 Aëtius cum Romanis Gothis auxiliatoribus Attilam superauit.	450
	2 Attila Aquileiam uī magna cepit, cum quo Valentinia nus pacem fecit.	
	3 Attila Hunorum rex moritur.	
	Hoc tempore quarta Synodus DCXXX Episco porum in Chalcedone congregatur sub Leone Papa contra Eutychen.	
	4 Valentinianus Aëtium patritium reipublicæ utilem ma nu sua occidit.	
	5 Valentinianus ab amicis Aëtij in campo Martio occidi tur: Pro quo Maximus menses duos regnauit, & à mi lilibus occiditur. Post quem Auitus sumpsit imperium.	
	Eodem anno Gensericus Romam opibus cunctis ex poliat.	
	Hucusque Prosper Chronicam suam perduxit.	
	6 Auitus imperium Placentiæ deposuit: Pro quo Maio rianus regnauit.	455
	7 Martianus orientis Imperator obiit.	
	Ab hoc anno Victorius Paschalem circulum, sed men dosum inchoat, iubente Papa Hilario.	
	LEO XLVI annis 17 Orienti imperat.	
	1 Maiorianus Imperator occidētis in Africam mouit pro cinctum.	
	2	
	3 Hoc tempore † Theodorus Cyriæ Episcopus clarus ha betur.	† Theodo retus
	4 Ricimer Maioriano occiso Seuerum constituit.	460
	5 HILARIUS Papa XLIII sedit annis sex, mensi bus 3, diebus 10.	
	6	

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	Rex Alanorum Beorgor à Ricimerē patritio uictus in- terijt.	
	8	Seuerus fraude, ut aiunt, Ricimeris ueneno perijt.	
	9		
	10	Anthemius Imperator occidentis à Leone mittitur.	
	11	Marcellinus in Sicilia occiditur.	
		SIMPLICIUS XLV Papa sedit annis XV, mense 1, diebus 7.	
† seruandus	12	† Arabundus imperium tentans ab Anthemio in exi- lium mittitur.	
	13	Romanus imperium affectans decollatur.	
	14	Aspar affectata tyrannide Constantinopoli à Leone oc- ciditur.	470
<i>Remigius</i>		Sanctus Remigius Remorum Archiepiscopus ordina- tur anno ætatis 22.	
	15	Ricimer Anthemium Imperatorem cum grauidade ur- bis occidit, & Olybrium constituit, ipseq; perijt.	
<i>Glycerig † Lycerius</i>	16	Olybrius Imperator septimo mense moritur: Pro quo † Clyterius. Leo Leonem consortem regni fecit.	
	17	Leo senior obiit: Pro quo iunior Leo paucis mensibus regnauit.	
D		Romæ Glyterio Nepos successit.	
		ZENON XLVII annis 17 Orientem rexit.	
	1	Orestes Nepotem fugauit, & filio suo Augustulo impe- rium dedit.	
† Turdilingo 747	2	Odoacer rex † Torcilingorum & Rugorum cum mul- tis Barbarorum auxilijs Italiam ueniens, Orestem & Paulum fratres occidit, Augustulum exilio damnauit, & Romam obtinuit anno à conditione eius MCCXXXIX.	
<i>Caspi's Barnabæ &amp; euangelium maffæ</i>	3	Odoacer Romæ inuito Zenone regnat.	
	4	Hoc tempore corpus Barnabæ Apostoli, & Euange- lium Matthæi stylo eius scriptum ipso reuelante repe- ritur.	
	5		
	6		
	7	Odoacer in Dalmatijs Odiciam uicit & peremit.	480
	8		
† Thiodime- 748	9	Theodericus † Theotmari filius rex Ostrogothorum, Zenoni Augusto familiaris efficitur.	
		FELIX XLVI Papa sedit annis 8, mensibus 11, diebus 18.	
	10	Zenon Theodericum Consulem & Magistrum mili- tum fecit.	

H

A	Anni	Regnum Romanorum.	Anni
	mūdi.		domini.
	11	Hoc tempore Honorius rex Vandalorum plus quam cccxxxiiii Episcopis exulatis catholicos Ariana impietate persequitur.	
	12		
	13	Odoacer Phœbam regem Rugorum uicit & cepit.	
	14		
	15	Theodericus permittente Zenone Italiam uenit, & Odoacrum duobus prælijs superauit.	
	16	Theodericus Odoacrum tertio certamine uictum apud Rauennam obsedit.	
	17	Odoacer nocte egressus quarto prælio uincitur à Theoderico. Vandali pacem fecerunt: Et Zenon obiit.	490
		ANASTASIUS XLVIII annis 28.	
	1	GELASIUS XLVII Papa fedit annis 4, mensibus 8, diebus 18.	
	2	Theodericus Odoacrum insidias sibi molientem interemit, & ipse occidentis regnum 30 annis tenuit.	
	3		
	4	Hoc tempore Thrasamundus rex Vandalorum catholicas ecclesias clausit, & ccxx Episcopos exilio in Sardiniam misit, quos Symmachus Papa sanctissimus inibi aluit. Et mortuo rege Francorum Childerico filius eius Clodoueus, qui & Ludouicus, rex magnus successit.	
	5	ANASTASIUS Papa fedit anno 1, mensibus 11, diebus 24.	
4450	6		
	7	SYMMACHUS Papa fedit annis 15, mensibus 7, diebus 27.	
		Hijs temporibus Boëtius Consul Romæ plurima ingenij sui monumenta conscripsit.	
	8	Isauri occiso Lilinge duce eorum ab Anastasio uicti trucidantur. Ludouicus rex Syagrium Aegidij filium Principem Romanorum bello uicit & peremit.	
	9	Theodericus Romam uenit, multaq; miranda ædificia construxit.	
	10		500
	11	Theodericus aquam Rauennam perduxit.	
	12	Italia Sirmiū recepit, uictis à Theoderico Bulgarijs.	
	13		
	14		
	15	Fulgentius clarus Episcopus hijs temporibus habetur.	
	16	Theodericus uictis Francis Gallias acquisiuit.	
	17		
	18	Ludouicus rex Alemannos diuinum inuocans auxilium bello uicit, atq; subiecit.	

Ludouicus

*Boëtius*

\*

*Fulgentius*

HERMANNI CONTRACTI

*Clodouus  
hoc scriptor  
P. a. g. h. C. h. a. g.  
affertur.*

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
19	Ludouicus rex, quem Clodouem dicunt, cum gente Francorum à sancto Remigio Remensi Archiepiscopo fide Christi imbuatur & baptizatur.	
20		510
21	Sub hoc Anastasio diuersis ubique bellis respublica fatigatur.	
22	Vitalianus cum Scythis aduersus Anastasium seruus rebellat.	
	HORMISDA Papa L sedit annis 9, diebus 17.	
23	Clerus & populus Romæ pacificantur.	
24	Theodericus filiā suam Amalsuintam Eutharico dedit.	
25		
26	Vitalianus sæpe milites Anastasij uincens ipsum irridens spreuit.	
28	Anastasius hæresi fauens Eutychetis, & catholicos persequens diuino fulmine periit, maior octogenario.	
	JUSTINVS maior XLIX annis 8.	
1	Iustinus plurimos regno suo inhiantes occidit, & cum Vitaliano foedus percussit, quem tamen postea occidit.	
2		520
3	Ioannes Papa Constantinopolim ueniens cæcum illuminat, sedens annis 2, mensibus 9, diebus 16.	
4	Theodericus sanctum Ioannem Papam carceris afflictione peremit, & Symmachum patritium occidit.	
5	Theodericus subitanea morte Rauennæ periit: pro quo Athalaricus nepos eius regnauit annis 8.	
	FELIX Papa LII sedit annis 4, mensibus 2, diebus 14.	
	Clodouus, qui & Ludouicus, rex Francorum tricessimo regni anno moritur, & Parisijs sepelitur.	
6	Hoc tempore Heldericus rex Vandalorum Episcopos ab exilio reuerti iubet.	
7	Hij temporibus sanctus Benedictus Abbas uirtutum gloria claruit.	
8	Iustinus Iustinianum regni consortem & successorem faciens obiit.	
	IUSTINIANVS L Iustini ex sorore nepos annis 38.	
1	Iustinianus Parthos bellum mouentes misso exercitu superat: Et BONIFACIUS Papa LIII sedit annis 2 diebus 26.	
2	Hoc tempore Athalaricus matre Amalsuinta se regente Italiæ regnauit.	

*sanctus Benedictus*

Partim

Annus mūdi.	Regnum Romanorum.	Annus domini.
3	Parthi Romanum exercitum sabbato Paschæ uincunt. MERCVRIVS Papa qui & IOANNES LIII se- dit annis 2, mensibus 4, diebus 6.	
4	Mortuo Athalarico Amalsuinta Theodohadum con- fortem regni fecit.	530
5	Amalsuinta Theodohado iubente occisa est. AGAPITVS LV Papa sedit mensibus 11, diebus 18.	
6	Ab hoc anno Dionysius Romanus Abbas paschalem circulum magnum inchoat, incipiens ab anno domini cæ incarnationis DLXXXII, qui est annus Diocletia- ni CCXLII.	
	SYLVERIVS Papa sedit anno 1, mensibus 5, diebus 11.	
7	Hoc tempore Bilisarius à Iustiniano missus Vandalos in Africa deleuit. VIGILIVS Papa sedit annis 18, mensibus 6.	
8	Carthago à Bilisario patritio recepta est anno excessio- nis suæ XXVI.	
9		
10		
11	Hoc tempore Bilisarius Consul iterum Africam extin- ctis tyrannis liberat.	
12		
13	Hijis temporibus Bilisarius in Italia Vitigiso, qui Theo- dohadum occiderat superato, & Francis cum Theode-	540
14	berto rege deuictis, Romanam rempublicam uiriliter	
15	feliciterq; reparauit.	
16	Huius principis tempore corpus sancti Antonij mona- chi repertum Alexandrix sepelitur.	
17	Arator subdiaconus librum suum publice coram Vigi- lio Papa legit, & sanctus Remigijs Remensis Archiepi- scopus, & gentis Francorum Apostolus, Idibus Ianua- rijs migrauit ad Dominum, anno Episcopatus sui 74.	
18		
19		
4500	20 Hoc tempore quinta Synodus uniuersalis in Constanti- nopoli congregatur, contra Theodorum & omnes hare- ticos sub Vigilio Papa: Et eodem anno Theodericus rex filius Clodouei 23 regni anno moritur, & Metis sepelitur.	
	21	
	22 Hac tempestate Totila Gothorum rex in Italia tyranni- dém exercet.	
	23	
	24 Victor Capuanus de huius anni Pascha scribens Victo- rij arguit errores.	550

*S. Remigij mort.*

Huc

## HERMANNI CONTRACTI

C		Regnum Romanorum.	Annus
Anni	mūdi.		domini.
	25	Hucusque Iordanis Episcopus Chronicam suam scribens de gestis Romanorum perduxit: Et PELAGIVS	
	26	Papa sedit annis 11, mensibus 10, diebus 18.	
	27		
	28		
	29		
	30		
	31	Bridius rex Pictis regnare cœpit.	
	32		
	33		
	34	Theodebertus filius Theodeberti rex fortis moritur, annos regnans 14.	560
	35		
	36		
	37	IOANNES Papa LIX sedit annis 12, mēsis 11, diebus XXVI. Hildebertus rex filius Clodouei Magnianis regnans 40 moritur, & Parisius ad sanctum Vincentium sepelitur.	
	38	Iustinus Imperator obiit. IVSTINVS minor LI, annis 11.	
	1	Sanctus Columba presbyter & Abbas de Hibernia ueniens Britannis uerbum dei prædicat.	
	2		
	3	Hoc tempore Narses patritius Totilam Gothorum uictum occidit, Gothosq; Italia expulit, & eodem anno Theodobaldus rex filius Theodoberti anno regni VII moritur.	
	4		
	5	Narses patritius qui Gothos expulit, à Iustino offensus Langobardos in Italiam uenire fecit.	
	6	Sanctus Vedastus obiit.	570
	7		
	8	Hoc tempore Ioannes Papa ecclesiam Philippi & Iacobi Apostolorum, quam prædecessor eius Pelagius cœpit, perfecit & dedicauit.	
	9		
	10	Lotharius rex filius Clodouei Magni annis regnans LI moritur, & Sueffionis ad sanctum Medardum sepelitur.	
	11	Iustinus Imperator obiit. TIBERIVS Constantinus LII annis 7.	
	1	BENEDICTVS Papa LX sedit an: 4, mēse 1, dieb: 28.	
	2	Hoc tempore Gregorius tunc Apocrifarius moralia lob scripsit, & Eutychum Constantinopolitanum Episcopum Tiberio præfente in fide resurrectionis errasse conuicit.	
	3		
	4		
	4		Hoc

*Gregorius papa*

Ann. mundi.	Regnum Romanorum.	Ann. domini.
5	Hoc tempore gens Langobardorum comitante fame & peste Italia uastat. Et PELAGIVS Papa sedit annis	
6	10, mensibus 11, diebus 10.	580
7	Tiberius Imperator obiit. MAVRITIVS LIII annis 21.	
1	Hoc tempore Leuigildus Gothorum rex Arianus Hirminigildum filium ob fidem catholicam securi iussit	
2	occidi.	
3	Hoc tempore Richardus rex Hirminigildi frater per Leandru Hispanitanu Episcopu cum tota gente Gothoru ad catholicam fidem conuertitur.	
4		
5		
6		
7	Sigibertus filius Lotharij rex fortis insidijs perimitur,	590
8	anno regni 14. & Remis sepelitur.	
9	Magna inundatio facta est & mortalitas in Italia.	
10	Sanctus GREGORIVS LXII ad pontificatum Romanæ ecclesiæ eligitur, in qua sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10.	592
11	Edilfridus rex cum Edilberto rege Anglis imperat.	
12		
13	Gregorius Papa Synodum xxiiii Episcoporum ad corpus beati Petri Apostoli congregat, Indictione decima tertia.	xiii
	Sanctus Columba Abbas in insula Hu obiit anno ætatis septuagesimo septimo.	
4550	14 Hoc tempore Gregorius Papa missis doctoribus Augustino, Mellito & Ioanne, alijsq; pluribus Anglos ad Christum conuertit.	xv <i>Angli conuerti ad fidem Christi.</i>
	15 Helericus rex filius Lotharij interiit, anno regni xxiiii	
	16 & Sueffionis sepelitur.	
	17	
	18 Gregorius Londunæ & Eboraci Episcopos misso pallio metropolitano esse decernit Indictione quarta.	600
	19	
	20	
	21 Mauritus scelerum suorum pœnas in hoc seculo ut ipse orauit exoluens, à Phoca turpiter interficitur.	605
	PHOCAS XIII annis 8.	
1	Edilfridus rex Edan Scotorum regem forti prælio uicit.	
2	Gregorius Papa sanctissimus migravit ad Dominum,	
3	Indictione octaua. SABINIANVS LXIII Papæ sedit anno 1, mensibus 5, diebus 9.	
4	Hoc tempore Phocas Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum caput esse constituit: Nam Constantinopolitana primam se esse scripsit.	

BONIFACIVS

## HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
		BONIFACIVS LXIII Papa sedit mēfibus 8, dieb: 22.	
		Guntrāmus filius Lotharij Burgundiæ rex pius obiit, annos regnans 33.	
	5	BONIFACIVS 6 Papa sedit annis 6, mēfibus 8, dieb: 13.	
	6	Hoc tempore Phocas Pantheum, id est domum omni- um idolorum ecclesiæ dedit, rogante Papa Bonifacio.	
	7	Hīs temporibus Persæ multas provinciās Romanis au- ferunt, Hierosolymam quoque & crucem dominicam abstulerunt.	610
	8	Phocas moritur. Hildebertus XXXIII rex fortis filius Sigeberti moritur, annis regnans 23. HERACLIVS LV annis 26.	
	1		
	2		
	3	Hoc tempore Anastasius Persa monachus nobile pro Christo martyrium à Chosdroc rege Persarum patitur.	
	4	DEVS DEDIT LXV Papa sedit annis 3, diebus 13.	
	5	Edilbertus primus Anglorum regum Christianus, anno regni quinquagesimo sexto obiit, pro quo Phatald re- gnauit annis 24.	
	6	Eduinus occiso Edilfrido Anglorum rex efficitur, Indi- ctione quinta, & regnauit annis 17.	
	7	BONIFACIVS Papa sedit annis 5.	
	8	Hīs temporibus Heraclius Chosdrocē regē Persarū, qui se ut deum colī iussit superauit, & lignum dominicæ crucis Hierosolymam reduxit.	
	9	Sanctus Laurentius Archiepiscopus obiit, pro quo Mel- litus.	620
	10		
	11		
	12	HONORIVS Papa LXVI sedit annis 12, mensibus 11, diebus 17.	
	13	Hīs tēporibus Isidorus Hispalensis Episcopus clarus ha- betur. Sanctus Mellitus Archiepiscopus obiit, pro quo Iustus.	
	14	Sanctus Paulinus à Iusto Archiepiscopo Anglis doctor & Episcopus ordinatur.	
	15	Sanctus Columbanus à Brunnhilde & Theoderico rege Luxouio pulsus, Eustasium sibi Abbatem reliquit. Edui- nus rex Anglorum in Britannia à Paulino Episcopo ad fidem Christi conuertitur, Indictione decima quinta, an- no aduentus Anglorum in Britanniam circiter 230.	
	16		
	17	Theodebertus rex filius Hildeberti à fratre Theoderico uictus & detonsus, cum filijs trucidatur anno regni 17.	

Theode

*Sanctus Cyprianus, rex  
Anglorum mortuus*

A	Antiq. mudi.	Regnum Romanorum.	Antiq. domini.
	18	Theodericus rex filius Hildeberti machinante auia sua Brunnihilde ueneno interiit, annos regnans 18.	
	19	Hijis temporibus hæresis de Pascha & Peiagiana Britanniam turbat.	630
	20	Sancto Columbano Italiam petente à Brigantio, sanctus Gallus nobiscum remansit, & cellam suam construere cœpit.	
	21		
	22	Hijis temporibus Heraclius, ut aiunt, à Sergio Episcopo Constantinopolitano sed hæretico decipitur. Sigebertus rex filius Theoderici à Lothario rege pugna uictus, cum Brunnihilde proauia & tota stirpe trucidatur. Eduinus rex Anglorum à Ceadualda & Penda uictus	
	23	pugna occiditur.	
	24	Osualdus filius Edilfridi uicto per dei auxiliũ Ceadualda tyranno regnauit super Anglos annis 9.	
	25	SEVERINVS LXVII Papa sedit menses 2, dies 4.	
	26	Heraclius Imperator obiit. IOANNES LXVIII Papa sedit anno uno, mensibus 9, diebus 19.	
		HERACLONAS LVI cum matre Martina annis 2.	
	1	Cyrus Alexandrinus, Sergius & Pyrrhus Constantinopolitani Acephalorum hæresim instaurant.	
B		THEODORVS LXIX Papa sedit annis 6, mensibus 5, diebus 18.	
	2	Heraclonas moritur occisus.	
		CONSTANTINVS LVII filius Heraclij mensibus 6.	
	1	Paulus Constantinopolitanus Pyrrhi successor aperte catholicos persequitur. Eatbaldus rex Canthuariorum obiit, pro quo Erchanbertus filius regnauit annis 25.	640
		CONSTANTINVS LVIII filius Constantini annis 28.	
	1	Hic deceptus à Paulo hæretico persequit Christianos.	
	2	Sanctus Osualdus rex Anglorum pro patria pugnans, à Penda rege Merciorum occiditur, pro quo Ofui frater	
	3	eius regnauit annis 28.	
	4	Sanctus Paulinus Anglorum Episcopus, uicesimo Episcopatus anno obiit 6 Idus Octobris.	
	5	MARTINVS LXX Papa sedit annis 6, mense uno,	
4600	6	diebus 26.	
	7		
	8		
	9	MARTINVS Papa Synodum CV Episcoporum congregans, Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum condemnat, Indictione 8.	
	10	EVGENIVS LXXI Papa sedit annis 2, mensibus 9, diebus 24. Hoc tempore Martinus Papa à Constanti	650

Kk no Cherisonam

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
		no Cherfonam exilio missus, ad Dominum migravit.	
		Heribertus rex filius Lotharij annos regnans 9 morit.	
	11	Osuinus rex bonus proditus, ab Osui rege occidi iussus	
	12	est, & sanctus Ardan Episcopus obiit pridie Cal; Septēb.	
	13	VITALIANVS LXXII Papa sedit annis 14, mensi- bus 6, pro quo DEVS DEDIT annis 10.	
		Honorius Anglorum Archiepiscopus obiit.	
	14	Mediterranei Angli Christiana effecti.	
	15	Penda rex ab Osui rege pugna uictus interijt, & gens	
	16	Merciorum Christiana efficitur.	
	17		
	18	Dagobertus rex magnus filius Lotharij annis regnans xvi moritur, & ad sanctum Dionysium sepelitur.	
	19	Vulphere filius Pendani rex Merciorū effectus, regna- uit annis 17.	
	20		
	21		
	22		
	23	Constantinus Romam uenit, & beato Petro palliū auro textile obtulit, toto exercitu cum cereis ecclesiā intrante.	
	24	Eclipsis solis facta est quasi hora decima, v Nonas Ma- ias, Indictione 7. Inter Anglos & Scotos quæstio de Pascha uentilata, & Scoti à Vilfrido presbytero uicti sunt. Sæua lues & pestilentia Britanniam uastat. Deusdedit Archiepiscopus obiit. Ceadda & Vilfridus Nordan Vmbrorum Episcopi ordinantur.	
D	25	Herchanberto rege Canthuariorum mortuo, filius eius	
	26	Egbertus regnauit annis 9.	
	27	ADEODATVS LXXIII Papa sedit annis 4, mensi- bus 2, diebus 5.	
	28	Constantinus post multas deprecationes prouincijs fa- ctas, occisus in balneo periit Indictione 12. Theodorus Anglis Archiepiscopus ordinatur à Vitalia- no Papa, & ad Britannia cum Adriano Abbate mittitur. CONSTANTINVS filius Constantini annis 17.	
	1		
	2		670
	3	Hoc tēpore Sarraceni Siciliam deprædantes cum magna præda Alexandria redeunt. DONVS LXXIIII Papa sedit anno uno, mensibus 5, diebus 10. Osui rex An- glorum obiit, pro quo Egfridus regnauit annis 15.	
	4	AGATHO LXXV Papa sedit annis 2, mensibus 6, diebus 4.	
	5	Sub hoc principe sexta Synodus uniuersalis Constan- tinopoli	

tinopoli

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	tinopoli congregatur sub Agathone Papa.	
	Egbertus rex Canthuariorum obiit, pro quo frater Lu- therus regnavit annis 11, mensibus 4.	
	Theodorus Archiepiscopus Anglorū Synodū colligit.	
6	LEO LXXVI Papa sedit mensibus 10, diebus 17. Ludouicus rex filius Dagaberti frater Sigiberti moritur, anno regni 16.	
7	BENEDICTVS LXXVII Papa sedit mensibus 10, diebus 12. Volfherus rex Merciorum obiit, pro quo frater Edilredus annos 25.	
8	IOANNES LXXVIII Papa sedit anno uno, diebus 9. Edilredus rex Cantiam uastavit.	
9	CANON LXXIX Papa sedit mensibus 11.	
10	SERGIVS LXXX Papa sedit an: 13, mēfibis 8, dieb: 23. Lotharius filius Ludouici, anno regni 4 moritur. Vuilfridus Episcopus ab Egfrido rege sede sua pulsus, multos ad Dominum pradicando conuertit.	
11	Theodorus Archiepiscopus Anglorum iterum Synodū colligit tempore Agathonis Papæ.	680
12		
13		
14		
15	Egfridus rex Hiberniam misso exercitu immeritā uastat, Sanctus Cudbertus Lindisfarnensis ecclesie Episcopus ordinatur.	
16	Egfridus rex cum Pictos incaute peteret, ab ipsis per- emptus interiit, pro quo Alfridus annis 19.	
17	Constantinus Imperator obiit. Lutherus rex Canthua- ricum interiit.	
	IUSTINIANVS minor LX filius Constantini an: 10.	
1	Hic heresi pollutus, catholicos persequitur, & cum Sa- racenis pacem fecit. Sanctus Ioannes Hagustalden- sis ecclesie Episcopus ordinatur.	
2	SERGIVS Papa annis sedit 13, mensibus 9.	
3	Pippinus filius Ansgisi maior domus, & dux Francorū regnavit annis 27, cum Ludouico, Hiltiberto & Daga- berto regibus. Ceadualus rex Occidentalium Saxo- num Romam uenit, & à Sergio Papa baptizatus, in Al- bis obiit, & ibi sepelitur.	
4	Theodorus Anglorum Archiepiscopus obiit anno atatis 88.	690
5	Hoc tempore Villibrordus qui & Clemens à Sergio Papa Episcopus ordinatus, Fresonum gentem ad Chri- stum conuertit. Iustinianus ob culpam perfidiæ regno priuatus, exul in Pontum secessit. Ludouicus puer	

Kk 2 filius

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	filius Theoderici anno regni 7 moritur.	
	8	Theodericus rex filius Ludouici annis regnās 19 morit̄.	
	9	Hoc tempore duo Angli presbyteri niger & albus Heu- ualdus Saxonibꝫs pradicantes martyrio coronantur,	
	10	& à Pippino Colonia sepeliuntur.	
		LEO LXI annos 3.	
4650	1	Hoc tempore Sergius Papa capfam cum portione do- minicæ crucis inuenit.	
	2	Sanctus Cudbertus ex Anachoreta Episcopus sub hoc principe obiit. Ostrich regina à suis perempta est.	
	3	Leo regnum dimisit.	
		TIBERIVS LXII annos 7.	
	1	Hoc tempore Synodus Aquileiæ congregatur sub Ser- gio Papa.	
	2	Romæ IOANNES Papa fedit annis 3, mensibus 2.	700
	3	Hīs temporibus Gisulphus dux Langobardorū Bene- uenti Campaniam uastat.	
	4	Beda uenerabilis Anglorum presbyter, Chronicam mi- noris libri de temporibus huc usque perduxit.	
	5	Edilredus rex Merciorum, Conredo regnum dedit & se monachum fecit.	
		IOANNES Papa annis 2, mensibus 8.	
	7	Iustinianus auxilio Terbelli Bulgarorū regis regressus, Leonem & Tiberium cum multis qui eum expulerant occidit. Aidfridus rex Normannorum obiit, pro quo filius Ofredus annis 11 regnauit.	
		Sanctus Heddius Episcopus Occidentalium Saxonum obiit, pro quo Daniel & Althelmus Episcopi præsuerunt.	
		IVSTINIANVS LXIII secundo cum filio Tiberio annos 6.	
	1	SISINNIVS Papa diebus 20. Constantinus Papa annis 7, diebus 15.	
	2	Hoc tempore Iustinianus de peccatis suis pœnitentiam agens, Constantinum Papam summo honore habuit.	
	3	Althelmus Episcopus uir doctus & eloquens obiit.	
	4	Conredus rex Merciorum Romam uenit ad Constan- tinum Papam, & cum illo Offa filius Sigiberti regis, ibiq; monachi facti, in seruitio dei uitam finierunt.	
	5	Hildebertus rex filius Theoderici anno regni 17 morit̄.	710
		Vuilfridus uenerabilis Episcopus, anno Episcopatus 45, post multos labores obiit, pro quo Arca Hagustaldensis ecclesiæ Episcopus ordinatur. Adrianus Abbas uene- rabilis cooperatores Theodori Archiepiscopi obiit anno	

à quo

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	à quo Vittaliano missus est.	
6	Philippicus ab exercitu Imperator factus Iustinianum occidit. PHILPPICVS LXIII anno 110, mensibus 6.	
1	Philippicus hæresi pollutus, catholicis infestus fuit. Mors Hereberti regis Langobardorum.	
2	Anastasius Philippicū oculis priuauit, regnoq; expulit. ANASTASIVS LXV annis 3.	
1	GREGORIUS II, Papa LXVI sedit annis 15, men-	
7	sibus 8, diebus 23. Pippinus maior domus obiit, pro quo Carolus annis 27. Mors Dagoberti regis.	
3	Egbertus uir sanctus Scotos legitime Pascha celebra- re docuit. Ofredus rex occiditur, pro quo Conradus regnauit annis 41. THEODOSIUS annū unū. Hic Anastasium prælio uicit, eumq; presbyterum ordinari fecit.	
1	Carolus Hilpericum regem & Reginfridum uicit. Tiberis fluuius alueum suum egressus, multa Romæ subuertit ædificia. LEO LXVII annos 9. Carolus Lotharium sibi regem constituit.	
B 2	Hoc tempore Saraceni triennio Constantinopolim ob- sidentes, & multas prouincias deuastantes, fame, peste, ferro, naufragioq; repelluntur. Sanctus Vinfridus qui & Bonifacius à Gregorio Papa Moguntia Archiepiscopus constituitur. Sanctus Othmarus in cella sancti Galli Abbas efficitur.	
3		720
4	Mortuo Hilperico Theodericus filius Tagoberti rex ef- ficitur à Carolo. Sanctus Ioannes Hagustaldensis Epi- scopus, post multas uirtutes migravit ad Dominum.	
5		
6	Hoc tempore corpus sancti Augustini Episcopi de Sar- dinia in Ticinum à Liudbrando translatum est.	
7	Sanctus Pirminius primum ad Augiam Insulam uenit.	
8	Saraceni ab Eudone duce contra Carolum euocati, Gallias uastant.	
9	Huc usq; Beda uenerabilis presbyter Chronicam suā in maiori de temporibus libro perduxit, continentem ab initio mundi secundū hebraicam ueritatē annos quatuor milia sexingentos octoginta. Carolus de Saracenis occiso rege eorum triumphat. H V C usq; regnū Romanorū, ex hinc Francorū supputat.	

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
		CAROLVS Pippini filius, cum iam principatū maior domus 12 annis teneret, post hæc eundem principatum tenet annis 15, regibus tamen in Francia, sed parua dignitate regnantibus.	
	13	Sanctus Pirminius à Thietbaldo Gotifridi filio expul- sus, Etonem Abbatē constituit, & ipse in Alsathia uenit.	
	14		
	15	Carolus Fressiam uastat, Poppone duce eius occiso. Sanctus Egbertus presbyter obiit anno ætatis 20, VIII Calendas Apriles, id est, paschatis die.	
	16	Landfridus moritur, Saraceni item Gallias uastant.	730
	17	Beda uenerabilis Anglorū presbyter obiit Indictione 14. GREGORIUS III, Papa XCII annis 10, mensi- bus 8, diebus 24.	
	18	Carolus contra Saracenos pugnat die sabbati.	
	19	Carolus item Saracenos cum rege suo deleuit.	
	20	Carolus maior domus Fressiam uastat. Etho Argen- tinæ Episcopus promouetur.	
	21	Carolus Vuafconiam inuadit.	
	22	Audoinus Episcopus obiit. Ernfridus Augiæ Abbas, & Constantiæ Episcopus ordinatur.	
D	23	Carolus contra Saracenos in Gothia pugnat.	
	24	Carolus Saxoniam intrat.	
	25	Carolus prouinciam subijcit.	
	26		740
	27	Carolus moritur Indictione 9, & apud sanctum Dio- nyfium sepelitur. ZACHARIAS XCIII Papa an- nis 10, mensibus 4, diebus 4. PIPPINVS filius Caroli cum fratre Carlomanno ma- ior domus annos 11 regnauit.	
	1	Carlomannus Vuafconiam & Alemanniam petit.	
	2	Carlomannus Alemanniam uastat.	
	3	Carlomannus pacem cum Saxonibus facit. Fuldense cenobium in sylua Buchonia à sancto Bonifacio coeptū.	
	4		
4700	5	Carlomannus maior domus Alemanniam ingreditur.	
	6	Carlomannus diuino amore succensus Romam pergit, & se monachum in monte Soracte fecit. Sanctus Burchardus Wurceburgensi: Et sanctus Vuili- baldus Eistettensi ecclesiæ Episcopi primi à sancto Bo- nifacio ordinantur.	
	7	Sidonius Abbas Augiæ & Constantiæ Episcopus con- stituitur.	
	8	Pippinus Tassilonem sororis suæ filium, Baioariæ ducē post Odilonem fecit.	
	9		750

Lantfridus

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
10	Lantfridus moritur. Zacharia Papa defuncto, STEPHANVS II, Papa XCIII annis 6.	
11	Audogarius primus Campidonæ Abbas efficitur. PIPPINVS I, autoritate Stephani Papæ deposito ac deponso rege Hilderico, rex Francorum factus regnavit annis 15.	2
1	Hildigarius Episcopus Colonia à Saxonibus interimitur. Gripho frater Pippini occiditur.	3
2	Sanctus Bonifacius Archiepiscopus à Fresonibus martyrio coronatur: Post quem Lullus Mogontia Archiepiscopus sedit annis 32. Pippinus Langobardos in Italia cum exercitu petit.	4
3		5
4	Haistolphus rex Langobardorum moritur.	6
5	PAVLVS Papa XCV annis 10, mensè 1.	7
6	Pippinus Saxoniam bello petit.	8
7	Pippinus Vvasconiam inuadit.	9
8	Sactus Othmarus Abbas à Vuarino & Rudhardo in insula Rhenistein nomine relegatus migravit ad Dominum. Eclipsis solis facta est XVIII Calendas Septembres hora quasi nona.	760
9	Sidonio Episcopo misere mortuo, Ioannes Episcopus & Abbas successit.	1
10		2
11	Pippinus aliquot comitatus filijs suis dedit.	3
12	Hyems ualida hoc anno facta est, Et eclipsis solis pridie Nonas Iunias hora sexta.	4
13	Corpora sanctorum Gorgonij, Naboris, & Nazarij in Franciam deferuntur.	5
14	Corpus sancti Nazarij ad Loreffam ablatum est.	6
15	Pippinus rex Parisius moritur, indictione 6. Paulus Papa obiit. STEPHANVS III, Papa XCVI annis 4, mensibus 6.	7
	CAROLVS MAGNVS II Pippini filius cum fratre Carlomanno annis 4, postea solus 42.	
1		8
2	Corpus sancti Othmari post 10 annos in insula qua obiit incorruptum reperitur, & in Basilica sancti Galli sepelitur.	9
3	Carolus filiam Desiderij regis Langobardorum uxorem duxit, & statim repudiavit.	770
4	Carlomannus rex frater Caroli moritur. Carolus Synodum colligit.	1
5	Carolus rex Saxoniam bello petit.	2
	ADRIANVS XCVII Papa ordinatus sedit annis 23, diebus 16.	
6	Carolus Italiam inuadit, & Desiderium regem uicit.	3

Kk 4 Carolus

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	Carolus Langobardos cum Italia subiecit, anno ex quo intrauerant cccv, ipseq; cum triumpho Romam uenit. Corpora sanctorum Gordiani & Epimachi martyrum de Roma in Alemanniam allata sunt.	
	8	Carolus item Saxoniam.	
	9	Carolus item in Italia Ruttaifum occidit.	
	10	Carolus item in Saxoniam pergit.	
	11	Carolus Hispaniam inuadens cepit.	
	12	Carolus item Saxoniam saepius rebellantem inuadit. Fames & mortalitas Franciam uastat.	
	13	Carolus tandem Saxonicum bellum, ut putabatur, subiectis Saxonibus consummat.	780
	14	Carolus iterum Romam uenit: Et Pippinus filius eius baptizatur ab Adriano Papa.	1
	15	Carolus conuentum in Saxonia habuit. Ioannes Episcopus & Abbas obiit: pro quo Egino Episcopus, & Petrus Abbas.	2
	16	Hildegarta regina uxor Caroli obiit pridie Calendas Maias: Et Peretha obiit.	3
D	17	Carolus Saxones rebelles plaga magna occidit, & Christianos fecit.	
	18	Eclypsis solis facta est xv Calendas Octobres, hora quasi secunda. Carolus iterum Romam perrexit. Et cruces in uestibus apparuerunt.	
	19	Carolus per Alemanniam ad fines Baioariae rebellantes cum exercitu uenit. Vualdo Abbas Augia efficitur. Lullo Archiepiscopo Richolphus successit.	
	20	Tassilo duce Baioariae iubente Carolus in Franciam uenit, & Baioaria Carolo subicitur.	
	21	Carolus Sclauos, qui Vuilzi dicuntur, bello petit.	
	22	Carolus hunc annum sine bello Vuormatiae sedit.	790
	23	Carolus Pannoniam regnum Hunorum uastat.	1
	24	Saxones fidem Christi relinquentes iterum rebellant.	2
	25	Alcuinus, qui & Albinus, hijs temporibus clarus habetur.	3
	26	Fanstrada regina obiit. Carolus Synodum magnam congregat.	4
	27	Carolus Saxones petit, & tertiam partem uirorum obfides accepit.	5
	28	Huni munera mittentes Carolo subiciuntur.	6
	29	Adriano Papae LEO III, Papa XCIX successit, & sedit annis 20, mensibus 5, diebus 16.	7
	30		7

Constanti

Anni mudi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Constantinus Imperator à Græcis excæcatur.	
31	Romani Leonem Papam in latania maiore excæcant, & linguam eius amputant.	8
	Geroldus piissimus Signifer Caroli in pugna occiditur	
32	ab Hunis.	9
33	Liutcarda regina obiit pridie Nonas Iunias.	800
34	Carolus imperiali benedictione sublimatus, Augustus & Cæsar Romano more appellatur.	801
35	Græci cum Carolo pacem firmant.	
36	Terræmotus factus, & mortalitas subsecuta est.	
37	Carolus Saxonum rebellantium multitudinem in Fran-	
38	ciam transfert.	
39	Vualdoni Abbas † Hatto Episcopus Basileæ successit.	
40	Eclypsis solis facta est III Idus Februarias hora qua- si sexta.	
41	Hoc tempore Gotafridus Normannorum rex superbe Carolo minatur.	
42	Carolus Synodum magnam congregat, Egino Constantiæ Episcopus obiit.	
43	Eclypsis solis facta est VII Idus Iunias, hora quasi se- cunda. Item in eodem anno eclypsis solis pridie Calen- das Decembres hora quasi tertia. Pippinus rex Caro- li filius obiit.	810
44	Carolus thesauros inter episcopia & ecclesias diuidit. Carolus rex filius Caroli obiit. Hatto Episcopus ab Im- peratore Constantinopolim mittitur.	1
45	Bernhardus rex a Carolo efficitur.	2
46	Carolus febre & pleuresi pulsatus obiit, indictione septi- ma, V Calendas Februarias anno ætatis 71.	3
	LYDOVICVS III Caroli magni filius annis 27.	
1		4
2		5
3	Leo Papa obiit, & Ludouicus Imperator à Stephano Papa factus est, STEPHANVS III, Papa XCIX mensibus 7.	6
4	PASCHALIS Papa C effectus sedit annis 7, die	7
5	bus 18. Bernhardus rex Ludouico rebellat.	8
6	Bernhardus rex interiit. Ludouicus rebellat.	9
7	Exercitus contra Ludouicum congregatur.	820
8	Itē exercitus contra eundem Ludouicum congregatur.	
9	Nix magna à X Calendas Octobres usque in pridie Idus Apriles permansit.	
10	EVGENIVS Papa CI annis 3.	3

Alias, Hatto

*nix magna dicitur  
in octava sex  
mensis*

Vuetri

HERMANNI CONTRACTI

	Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.	
C	11	Vuetti Augiensis monachus in spiritu raptus admirabilē		
	12	uidit uisionem.		
	13			
	14	VALENTINVS Papa CII diebus XL. GREGO-		
	15	RIVS III, Papa CIII annis 16.		
	16			
	17	Corpora sanctorum Valentis & Synesij in Augiam infu	830	
	18	lam deferuntur.		
	19	Ludouicus Imperator magnum conuentum in Nouio-		
	20	mago habuit.		
	21			
	22	Dedicatio Basilicæ sancti Galli.		
	23	Hatto Episcopus Basiliensis obiit.		
	24			
	25	Puto Diaconus Palatii in iudaismum lapsus est.		
	26			
	27	Eclypsis solis facta est III Nonas Maias hora ante no-	840	
	D		nam. Et Ludouicus Imperator obiit XII Cal. Iulias.	
			LVDOVICVS IIII Ludouici filius, cum fratribus	
			Lothario, Carolo & Pippino annis 36.	
		1	Bellum inter fratres de participatione regni excaudit.	
		2	Ludouicus Germaniam, Lotharius cum Imperatoris	
			nomine Italiam, Carolus Gallias regnum diuidentes	
			accipiunt.	
		3	Iudith Imperatrix uxor Ludouici prioris obiit.	3
		4	SERGIVS II, Papa CIII annis 3.	
		5	Hincmarus uir doctus Remorum Archiepiscopus or-	
4800		6	dinatur.	
		7	LEO III, Papa CV sedit annis 9, mēsis 3, diebus 6.	
		8		
		9	Vualafrius Strabo Abbas Augiensis uir doctus obiit.	
		10		850
		11		
	12	Translatio sancti Remigij Remorum Archiepiscopi ab		
		Hincmaro eiusdem urbis Archiepiscopo facta est Calen-		
		dis Octobribus.		
	13	Corpus sancti Martini de tumulo leuatur.	3	
	14		4	
	15		5	
	16	BENEDICTVS III, Papa CVI annis 2, mensibus 6,	6	
		diebus 9. Leo Papa, Trogo & Rabanus, Hiltigart re-		
		gina obierunt. Lotharius Imperator obiit: pro quo filius		
		eius Ludouicus imperauit cū fratre Lothario annis 19.		

Benedictus

A	Anni	Regnum Romanorum.	Anni
	mūdi.		domini.
	17.	Benedictus Papa obiit.	
	18	NICOLAUS Papa CVII doctus annis 9, diebus 9.	8
	19		9
	20		860
	21	Meginradus heremita martyrizatur.	
	22		
	23	Huni Christianitatis nomen aggressi sunt.	
	24	Translatio sancti Otuari in Basilicam sancti Galli.	
	25		
	26		
	27	Nicolaus Papa obiit: Pro quo ADRIANVS II, Pa pa CVIII sedit annis 5.	
	28	Terramotus factus est, & cometa uisa est.	
	29	Lotharius rex frater Ludouici Imperatoris obiit, & Caro lus Galliarum rex regnum eius inuast.	
	30	Ludouicus imperator cecidit de solario.	870
	31	Ludouicus & Carolus cum patre pacificantur. Solo mon Constantiensis Episcopus obiit. Iso magister obiit in cœnobio sancti Galli.	1
	32	Vuormatiū fulminis ictu crematur. Grimaldus Abbas obiit, cui Hartmutus successit.	2
B	33	IOANNES VIII, Papa CIX annis 10.	3
	34	Ratolphus Veronensis Episcopus obiit.	4
	35	Ludouicus Imperator obiit, & Carolus rex Galliarum Romam peruenit.	5
	36	Ludouicus rex Germaniæ obiit v Calendas Se ptembres. Bellum in Ribuaría inter Ludouicum & Carolum com mittitur.	6
		CAROLVS V iunior filius Ludouici cum fratribus	
	1	Carlomanno & Ludouico annis 11.	7
	2	Carolus Galliarum rex obiit. Papa Ioannes in Fran ciam uenit.	8
	3	Ludouicus Balbus filius Caroli obiit. Eclypsis solis facta est.	9
	4	Ludouicus uiuente fratre suo Carlomanno Baioariam ingreditur, & Carlomannus moritur.	880
	5	Carolus iunior cum uxore sua Richgarta imperiali be nedictione sublimatur.	1
	6	Ludouicus rex Francorum Caroli Imperatoris frater obiit.	2
	7	Petitione Hartmuti Bernardus Abbas efficitur.	3
		MARINVS Papa CX anno 1, mensibus 4.	

ADRIANVS

HERMANNI CONTRACTI

C	Anni	Regnum Romanorum.	Anni
	mūdi.		domini.
	8	ADRIANVS III, Papa CXI anno 1, mensibus 6.	
	9		5
	10	STEPHANVS V, Papa CXII sedit annis 6, diebus 13.	6
	11	Carolus Imperator regno priuatur. ARNOLPHVS VI annis 12, filius Carlomanni.	7
	1	Carolus iunior Imperator obiit.	8
	2	Luitpertus Archiepiscopus obiit: pro quo Sinderoldus.	9
	3	Arnolphus rex exercitum Normannorum profus deleuit. Solomon Abbas in cœnobio sancti Galli efficitur.	890
	4	Ratispona Baioariæ urbs incendio flagrat. Sinderoldus à Normannis occiditur: Pro quo Hatto. Solomon Constantiensis Episcopus ordinatur.	
	5	FORMOSVS, Papa CXIII annis 4, mensibus 7, diebus 18.	2
	6		3
	7	Arnolphus Italiam Burgundiamq; suo regno subijcit.	4
	8		5
4850	9	Arnolphus rex Romam ueniens Imperator efficitur. Magna fames homines seinuicem comedere persuasit.	6
	10	Post Bonifacium VI, Papā CXIII decimo quinto die necatum, STEPHANVS VI, Papa CXV anno 1, mense 1, diebus 19.	7
D			
	11	ROMANVS Papa CXVI mensibus 4, diebus 20. THEODORVS II, Papa CXVII diebus 20.	8
	12	Arnolphus Imperator moritur. Gentes Pannonicæ, quas Hungaros dicimus, Italiam depopulantur. IOANNES IX, Papa CXVIII annis 2. LVDOVICVS VII filius Arnolphi admodum puer annis 12 regnauit.	
	1	Hungari Baioariā ingrediuntur, & plus quàm mille ex eis occidunt. Zundebaldus rex filius Arnolphi occidit.	900
	2	Hungari Carentaniam inuadūt, & in sabbato commissâ pugna occiduntur. CHRISTOPHORVS Papa CXIX mensibus 6. Eodē anno Moimarius & Isauricus cū rege pacificantur.	
	3	Hungari Marijs occiduntur. Beringerus, Riginolus, & Gerardus germani fratres occiduntur. BENEDICTVS III, Papa CXX annis 4, mensibus 6, diebus 34.	2
	4		3
	5		4
	6		5
	7	Pugna inter Adalbertum & Chonradum committitur, in qua Chonradus occiditur. SERGIVS III Papa CXXI annis 7, mensibus 3, diebus 23.	6
	8	Adalbertus perfidia Hattonis Archiepiscopi, & cuiusdā Luidbaldi deceptus, Ludouico iubente decollatur.	7

Baioarij

Anni	Regnum Romanorum.	Anni
mūdi.		domini.
	Baioarij ab Hungaris interficiuntur.	
9	Hungari Saxoniam & Turingam uastant. Luidpaldus occiditur.	8
10	Hungari Alemanniam petunt. Bellum Francorū cum Hungaris. Adalbero uenerabilis Augustensis Episco	9
11	pus obiit.	910
12	Ludouicus rex moritur, & Burchardus dux occiditur. CONRADVS VIII filius Conradi in regnum eleuatus regnauit annis 7.	1
1	Hungari à Baioarijs & Alemannis iuxta fluuium Inum occidunt. Magister Notkerus obiit. Opertus Episco pus occiditur. Cometæ uidentur. Rodolphus rex obiit.	2
2	Hungari Alemanniam depopulantur. Hatto Archie piscopus moritur, Herigerus successit. ANASTASIVS II, Papa CXXII annis 2, men se uno, diebus 22.	3
3	Solomon Episcopus captus est.	4
4	LANDO CXXIII Papa mensibus 4, diebus 22. LEO VI, Papa CXXIII mense uno, diebus 26. IOANNES X, Papa CXXV annis 14, mētib: 2, dieb: 7.	5
5	Hungari totam Alemanniam igne & gladio uastant. Vuiborada inclusa est.	6
6	Erchangerus dux & Bertholdus germani fratres decol lantur XII Calendas Februarias. BASILEA ab Hungaris destruitur.	7
7	Hungari per Alemanniam, Alsatiam & regnū Lotharij inuadunt. Burchardus dux constituitur. Conradus rex morit. In hoc defecit progenies Caroli. HENRICVS IX Comes, rex efficitur, regnans an nis 18.	8
1	Solomon Episcopus obiit. Burchardus dux Aleman nia, Rodolphum regem apud Vuinterturū pugna uicit.	9
2	Carolus rex Gallia in Franciam uenit. Rachista inclusa est.	920
3	Herimannus Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli.	1
4		2
5	Sanguis Domini in Augiam Insulam defertur.	3
6	Engelbertus Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli. Sanctus Vdalricus Augustensis Episcopus ordinatur.	4
7	Vuiborada ab Hungaris martyrizata est.	5
8	Hungari totā Franciam, Alsatiam atq; Alemanniam gladio & igne uastant. Burchardus dux occiditur. Herimanno Alemannia committitur.	6

L1 Herigerus

HERMANNI CONTRACTI

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
9	Herigerus Archiepiscopus obiit, pro quo Hiltibertus.	
10		8
11	STEPHANVS VII, Papa CXXXVI annis 2, mensibus uno, diebus 2.	9
12	Henricus rex Boēmiam petit.	930
13	Henricus regem Abodritarum & Nordmannorū Christianum effecit. IOANNES XI, Papa CXXXVII annis 4, mensibus 10.	1
14	Henricus Hungaros in Suirbia interfecit.	2
15	Thieto Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli.	3
16	Notingus Constantiensis Episcopus obiit, pro quo Conradus.	4
17	LEO VII, Papa CXXXVIII annis 3, mensibus 6.	5
18	Henricus rex obiit.	6
	OTHO MAGNVS X, Henrici filius, annis 37.	
1	Hungari Franciam, Alemanniam, Galliam, usq; Oceanum & Burgundiam deuasantes, per Italiam redierunt. Monasteria sancti Galli & sancti Bonifacii cremantur. Arnolphus Noricorū dux, & Rodolphus rex obierunt.	7
2	Henricus frater Othonis ab Eberhardo comprehensus est. STEPHANVS VIII, Papa CXXXIX annis 3, mensibus 4.	8
3	Gisilbertus & Adelbertus occisi, & Episcopi in fugam lapsi sunt.	2
4	Hyems ualida, & mortalitas animalium facta. Otho rex Gallias petit.	940
5		1
6	Otho rex & Ludouicus pacificantur. Cometæ 14 noctes apparent, & mortalitas animalium facta est. MARINVS II, Papa CXXX annis 3, mensibus 2.	2
7	Hungari cum Baioarijs pugnant & uincuntur.	3
8	Terræmotus factus est XVI Calendas Maias.	4
9	Otho rex Galliam intrauit. AGAPITVS II, Papa CXXXI annis 9, mensibus 7, diebus 23.	5
4900	10 Rachilta inclusa obiit.	6
	11 Bertholphus Baioariorū dux obiit, cui Henricus Othonis frater successit.	7
	12 Herimannus Alemannorum dux obiit, pro quo Liutolphus Othonis filius regnauit. Synodus XXX Episcoporum apud Engelinheim coram Othone & Ludouico regibus congregatur. Lindaugia concremata est.	8
	13	9
	14 Otho rex Italiam petit, eamq; sibi subiecit, & Beringerum regem expulit.	950

Beringerus

Anni mūdi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
15	Beringerus apud Augustam in conuentu Othoni ad de- ditionem uenit. Ignitus lapis quasi massa candentis ferri ab Occidente uolitans uenit, & draco uisus est. Synodus xxv Episcoporu apud Augustam uindeli- cam coram Othone rege colligitur.	
16	Otho rex unā cum filio Italiam intrat, ac nuptiæ regales Papiæ factæ sunt.	2
17	Liutolphus dux Othoni patri suo rebellat. Adalbertus Comes occiditur.	3
18	Hungari Noricam, Franciam, Italiamq; petunt. Fridericus Mogontiensis Archiepiscopus obiit.	4
19	Hungari totam Baioariam depopulantes, iuxta Augu- stam Alemanniæ urbem, deo iuuante, ab Othone rege pugna uicti, immensa caede necantur. IIII Idus Augu- sti Henricus dux Baioariæ obiit. IOANNES XII, Papa cxxxii annis 8, mensibus 4.	5
20	Liutolphus dux hostiliter Italiam inuasit.	6
21	Liutolphus dux Adalbertum bello uicit, & ipse eodem anno moritur, pro quo Burchardus.	7
22	Cruces in uestibus apparuerunt. Alauicus Abbas obiit,	8
23	cui successit Eggehardus.	9
24		960
25	Signum in sole apparuit. Otho rex Romam ueniens Imperator efficitur.	1
26	Otho rex ab Octauiano, Ioanne Papa, Imperator ordinatur.	2
27	Otho Imperator natalem Domini Papiæ moratur. Fugato Ioanne, LEO VIII, Papa cxxxiii ordi- natus, & post unum annum expulsus, atque ab Impera- tore restitutus, sedit annis 16, mensibus 3.	3
28	Itē Otho Imperator natalem Domini Romæ moratur.	4
29	Otho Imperator de Italia redit, & Burchardus dux in	5
30	Italia rebelles Cæsari uicit.	6
31		7
32	Eclypsis solis XI Calendas Decembres.	8
33		9
34		970
35	Signum quoddam ignei coloris in cælo apparuit.	971
36	Eggehardo Abbati Rutmannus successit. Synodus apud Ingelinheim, propter Adalberonem sancti Vdal- rici nepotem colligitur.	972
37	Sanctus Vdalricus Augustensis Episcopus anno ætatis 83, Episcopatus uero quinquagesimo, IIII Nonas Iulias,	973

ab hinc ad An. 1001  
amissus est. f. nono.

HERMANNI CONTRACTI

Anni mūdi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	feria VI migravit ad Dominū. Eodem quoq; anno, sed prius, Otho Imperator Nonis Maijs subitanea morte apud Parthenopolim obiit & sepelitur. Burchardus dux obiit, pro quo Otho Liutolphi filius regnavit.	
	OTHO XI, secundus, Othonis Magni filius regnavit annis 9.	
1	Conradus Episcopus obiit VI Calendas Decembres, pro quo Gaminolphus.	5
2	Dissensio inter Othonem Imperatorem & Henricum ducem Baioariæ oritur. Hymmo Abbas efficitur ad sanctum Gallum.	6
3	Henricus & Aequiuocus eius duces: Et Henricus Augustensis Episcopus capti sunt, & in exilium missi. Otho Imperator contra Lothariū regē Gallias inuadit.	7
4	Gaminolphus Episcopus obiit, pro quo Gebehardus.	8
5	BENEDICTVS V, Papa CXXXIII mensis 2, dies 2.	
6	IOANNES XIII, Papa CXXXV annis 7.	980
7	Otho Imperator Neapolim uenit.	
8	Otho Imperator apud Calabriam occiso à Græcis & Saracenis exercitu, de naui exiliens natando aufugit.	
	Otho dux obiit.	
D	Otho Imperator Romæ VI Idus Decembres moritur, & ibi sepelitur.	3
	OTHO XII, tertius, Othonis secundi filius admodum puer annos 18. (cessit.	4
1	Rudmannus Augiensis Abbas obiit, cui Vuitegouo successit.	5
2	BENEDICTVS VI, Papa CXXXVI post primum annum à Crescentio relegatus & strangulatus est.	6
3	Fames facta est magna. BONIFACIO CXXXVII Papa post primū mensem fugato, BENEDICTVS VII, Papa CXXXVIII sedit mensibus 9.	7
4	IOANNES XIII, Papa CXXXIX, qui & Petrus Papæ Episcopus post 8 menses à Bonifacio reuerso comprehensus & necatus est.	8
5	BONIFACIUS VII, Papa CXL interiit, & IOANNES XV, Papa CXLI successit.	9
6	Theophana græca imperatrix mater Othonis regis nono anno uiduitatis obiit. Eailanus Scotus obiit. Vdalricus Abbas, & Eggehardus magister in cœnobio sancti Galli obiit.	990
7		1991
8		1992
9		1993
10		1994
11	Conrado rege Burgundiæ mortuo, Rodolphus filius eius ignauus successit.	

Gebehardus

Annus	Regnum Romanorum.	Annus
4950	12 Gebhardus Constantiensis Episcopus obiit, pro quo Landpertus. Henricus dux Baioariae filius Henrici ducis obiit.	domini 995
	13 Conradus dux obiit, pro quo Herimannus. Vuitegouo obiit, Aleuicus successit. BRUNO, qui & Gregorius V, Papa CXLII Romae ordinatus, sedit annis 2, mensibus 9, & Otho Imperator efficitur.	996
	14 GERBERTVS, qui & Syluester II, Papa CXLIII ante 5. Aleuicus Abbas Episcopus Argentinae promouetur, & Vuerinherus Abbas efficitur.	997
	15 Otho Imperator in Italia X Calendas Februarias obiit, & intestina eius Augustae, reliquum corpus Aquisgrani sepelitur. Gerhardus Abbas obiit, Burchardus successit ad sanctum Gallum.	998
	16 HENRICVS XIII dux Baioariae rex efficitur, regnans annis 23, mensibus 5.	999
	17 Henricus rex Henricum Marchionem & alios sibi resistentes cum exercitu petit.	1000
	18 Henricus rex Italiam & Boemiam & Bolizlaum ducem Flauorum cum tota gente sua subiugauit. Herimannus dux obiit, pro quo filius eius puer Herimannus.	1001
B	1 Fames magna facta est. IOANNES XVI, Papa CXLIII anno uno.	1002
	2 Vuerinherus Abbas obiit, pro quo Hymmo, monasterij destructor & fratrum expulso, constituitur. IOANNES XVII, qui & Phafanus, Papa CXLV ordinatur.	1003
	3 Episcopium Babinbergense ab Henrico rege constituit. Et Eberhardus ibi Episcopus ordinatur.	1004
	4 Bernhardus Augiae Abbas uir doctissimus ordinatur, locum eundem penè destructum relictis fratribus recreat. Liutolphus Treuirensis Archiepiscopus obiit, & Episcopatum eius Adalbero frater reginae sibi usurpare, quibusdam contra regem fauentibus molitur, sed a rege conuicti, Megingaudus Episcopatum reliquerunt.	1005
	5 Vuolueradus Comes obiit IIII Nonas Martias.	1006
	6 Vuilligifus Mogontiensis Archiepiscopus obiit, pro quo Erchanbādus & Theodericus dux a Lotharijs captus est.	1007
	7 Conradus dux filius Othonis obiit. Herimannus dux iunior obiit.	1008
	8 SERGIO IIII Papa mortuo, BENEDICTVS VIII, Papa CXLVI sedit annis 11, diebus 21.	1009
	9 Henricus rex Romae imperiali benedictione coronatur a Benedicto Papa.	1010
	10	1011
	11	1012
	12	1013
	13	1014

## HERMANNI CONTRACTI

Anni mūdi.	Regnum Romanorum	Anni domini
14	Ernustus dux in uenatu ab Adalberone Comite sagitta occiditur, & Megingaudus Treuironum Archiepiscopus obiit, pro quo Poppo.	1015
15	Gotifridus dux Gerhardum uicit.	1016
16	Lampertus Episcopus obiit, pro quo Ruthardus.	1017
17	Conradus puer auxiliante patruelo suo Conrado postea Imperator Adalberonem ducem pugna uincens fugauit, & Benedictus Papa Babenbergam ueniens ecclesiam sancti Stephani dedicauit.	1018
18	Vuerinharius Argentinae Episcopus cum Alemannis contra Burgundiones pugnauit & uicit.	1019
19	Terramotus magnus factus est IIII Idus Maias feria VI. Herebertus Colonienſis Archiepiscopus obiit, pro quo Piligrinus.	1020
20	Henricus Imperator nouam Troiam cepit, & magna in exercitu mortalitas facta est. Ruthardus Episcopus obiit, pro quo Heimo. Notgerus obiit.	1021
21	Gebehardus Ratisponenſis Episcopus obiit, pro quo item Gebehardus.	1022
22	Henricus Imperator III Idus Iulias obiit, & in Babenbergensi Episcopo a se facto in monasterio sancti Petri sepelitur. Benedictus Papa obiit. IOANNES XVIII, Papa CXLVII annos 9.	1023
23	CONRADVS XIII annos ferè 15 regnauit.	1024
1	Magna dissensio in regno contra Conradum regem efficit.	1025
2	Conradus rex filium suum Henricum regem fecit, & ipse Romam pergens Imperator efficitur. Heimo Episcopus obiit, pro quo Vuarmannus. Bruno Augustensis Episcopus, & Vuelfus Comes praedas & incedia inter se faciunt.	1026
3	Ernustus dux & Vuelfus Comes, Conrado Imperatori ad deditiōem ueniunt.	1027
4	Bruno Augustensis Episcopus obiit, pro quo Eberhardus.	1028
5	Conradus Imperator Stephanum Pannoniae regem cum exercitu petit, & interea in Alemannia dux & Vuerinherus Comes cum alijs multis occidunt XVI Cal. Septēbres.	1029
6	Stephanus rex missis legatis cum Imperatore Conrado pacificatus est.	1030
7	Rodolphus rex Burgundiae moriens, diadema suum Conrado misit.	1031
8	Conradus hyeme Burgundiam petit. Eclipsis solis III Calendas Iulias quasi hora sexta. Conradus occidentalem Franciam contra Othonem petit. BENEDICTVS IX, Papa CXLVIII, qui & Theophilactus, sedit an: 12, mē: 8.	1032
9		1033

Conradus

<i>Anni</i>	<i>Regnum Romanorum.</i>	<i>Anni domini.</i>
<i>mūdi.</i> 10	Conradus item Burgundiam uastat. Pagani Saxoniarum confinia petunt. Vuarmannus Episcopus obiit, pro quo Eberhardus. Conradus ex castro suo Limpurgo inter Nemetem & Vangiones sito monasterium fecit, quod in honorem S. Crucis, & diui Ioannis Euangelistae dedicari iussit.	1034
11	Pagani qui Luitici dicuntur Vuirbinam castellum in confinio Saxoniarum multis Christianis occisis & captis obtinent, quos Conradus Imperator cum exercitu petit.	1035
4950 12	Italia ciuium discordia laborat. Gebehardus Ratisponensis Episcopus obiit, pro quo item Gebehardus. Nuptiae Henrici regis. Pagani supradicti Conrado Imperatori uectigales facti. Piligrinus Agrippinensis Archiepiscopus obiit, pro quo Herimannus.	1036
13	Conradus Imperator Italiam cum exercitu petit: Et Mediolanensem Archiepiscopum in custodiam misit, qui fuga lapsus cum multis alijs eidem Imperatori rebellet. Otho princeps Carlingorum a Gozzelone duce pugna uictus fugiensq; a quodam milite occiditur.	1037
14	Eliphdruda, quae & Cunegundis, regina, uxor Henrici regis, xv Calendas Augusti, & Herimannus dux v Calendas Augusti in Italia cum multis alijs obierunt. Stephanus Hungarorum rex bonae memoriae obiit, qui seipsum cum tota gente sua ad fidem Christi ex gentili errore conuertit, pro quo Petrus regnauit.	1038
15	Conradus Imperator ii Nonas Iunias obiit, & apud urbem quae Spira uocatur sepelitur. Conradus dux & Adalbero dux obierunt. Eclipsis solis xi Calendas Septembres. Reginbaldus Spirensis Episcopus iii Idus Octobres bonae memoriae obiit.	1039
HENRICVS. xv. filius Conradi, annis 17, mensibus 7. Henricus rex Boemiae ducem bello petit, sed multis proceribus & militibus in praestructione syluae citra & ultra occisis uel captis, nihil dignum efficere potuit. Petrus quoque Hungarorum rex eidem duci contra Henricum regem auxilia mittit.		1040
Hungari quendam Ouonem regem sibi eligentes Petrum regem suum expellunt. Qui profugus & exul Henrici regis, cui priori anno rebellauerat, gratiam quaerit, & inuenit. Henricus rex Boemiam cum exercitu ingressus, igne praedaeq; cuncta deuastat, & rebellem ducem obsides dare, & ipsum post se Ratisponam ad deditionem humiliter uenire, sibiq; iure iurando fidelitatem seruitiumq; confirmare coartat.		1041
Quo rex Hungarorum ob susceptum ab Henrico rege Petrum a se expulsus.		1042

Cum, fines Baioariae praedis & incendijs depopulatur. Sed magna pars exercitus eius quae a septentrionali Danubij parte praedas factura uenerat, ab Adalberto Marchione inita pugna penitus deleta est.

Henricus quoque rex sui ulturus iniuriam Pannoniam cum exercitu in autumno ingressus, magnam prouinciae partem uastauit, duas populatissimas ciuitates euertit, plures deditioe subiecit. Sed cum Petrum regem suum, quem secum ducebat, nulla ratione Prouinciales recipere consentirent, alium quendam quem petebant ducem eius constituit; quem tamen statim post discessum eius Ouo rex de prouincia sua in Boemiam depulit. Poppo Aquileiae Patriarcha obiit, pro quo Eberardus.

Gisla Imperatrix, mater Henrici regis, XVI Calendas Martias obiit, & apud urbem Spiram sepelitur. Totum tempus aestiuum in tempestates pluuiasque hyemales penè conuersum, magnam frugum & uin demiarum penuriam effecit. Henricus rex iterum Pannonias cum exercitu petens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandum confirmationem, Hungaris uix impetrantibus accipiens discessit. Qui indereuersus Constantiensi Synodo affuit: ubi primo cunctis sibi aliquid debentibus omne dimisit debitum. Deinde omnes Sueviae Principes, memoresque personas cunctis inimicijs destructis pacificari fecit, & pacem hactenus inauditam, tam in hac, quam in alijs regni sui prouincijs regia censura per edictum confirmauit. Deinde Agnetem Vuillihelmi Pictauiensis principis filiam reginam apud Mogonciam urbem ungi faciens, regalibus sibi nuptijs eam apud Ingelheim uillam regalem copulauit. Vnde infinitam histrionum & ioculatorum multitudinem ad laudis suae cumulum uacuum & inanem, sine cibo & muneribus moerentem abire permisit. Liutpaldus Marchio, Adalberti Marchionis filius, bonae indolis iuuenis, & maxima Hungarorum clades, immature obiit.

Maxima pestis pecudum, & hyems satis dura & niuosa magnam uinearum partem frigore perdidit, & frugum sterilitas famem non modicam effecit. Gozzilo dux Lothariensium moriens Gozziloni filio, quam uis ignauo, Ducatum suum a rege Henrico promissum relinquere disposuit. Sed alter filius eius Gotefridus iam dudum dux, cum Ducatum fratri debitum contra fas a rege sibi obtinere nequiuisset, iusiurandum fidemque postponens rebellare pio regi praesumpsit.

Ouo rex cum iusiurandum pactumque infregisset, Henricus rex cum perpaucis copijs Pannonias petijt: Quem Ouo, qui maximum parauerat exercitum, in tantum despexit, ut eum quasi facile occidendum, seu capiendum prouinciam ingredi sineret. Sed Henricus cum parte copiarum Rabam fluuium festine in diuino confusus auxilio transuaduit: pugna cunctis militibus passim festinantibus iniit, & in prima congregatione innumerabilem Hungarorum exercitum fugauit atque prostrauit: & paucissimis suorum amissis, in semet fortissime pugnans gloriosissimam uictoriam adeptus est III Nonas Iulias. Et Ouone rege uix fuga elapso, omnes Hungari ad deditioem Henrico regi cateruatim concurrerunt, subiectionem seruitiumque promittunt. Ipse uero ut erat per omnia piissimus, Petrum regem dudum expulsam regno suo restituit,

Hungaros

Anni do  
mini.

1043

1044

Rex otlibias  
mptis apud  
Ingelheim

A Hungaros petentes lege Baioarica donauit, ipseque cum triumpho in regnum suum rediit. Nec multo post idem Ouo a Petro rege comprehensus, scelerum suorum poenas capite plexus persoluit.

Eodem anno Ludouicus Comes Reginoldum Principem reginae Agnetis auunculum, sed regi Henrico inimicum, dum quoddam castellum eius quod Monspilgarda dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parua militum suorum copia pugnam iniens uicit, multisque caesis reliquos fugauit.

Romani Benedictum CL Papam multis criminatum sede sua pellunt, & Syluestrum III quendam in locum suum statuunt: Quae tamen postea Benedictus quibusdam sibi fauentibus excommunicatum depulit, sedique suae redditus seipsum postea priuauit, & alium pro se ob auaritiam contra Canones ordinauit. Herebertus Mediolani Episcopus obiit. Beggelenheim castellum Gotefridi a rege captum.

B Reginoldus & Geroldus Burgundiones regi apud Solodorum ad deditioem uenerunt. Otho Palatinus Comes paschali hebdomada dux Alemanniae apud Goslare a rege constituitur. Petrus rex Henricum regem in festiuitate Pentecostes ad se inuitatum magno paratu suscepit, & maximis muneribus donauit, eique regnum Pannoniarum, Principibus Hungarorum fidelitatem illi & successoribus eius iuramento firmiter reddidit; Quod tamen ab eo ipse dum uiueret possidendum recepit. In quo uidelicet itinere rex quoddam uetus solarium ascendens cum multis alijs aedificio cadente corruit, ipsoque deo protegente illaeso. Bruno Wuirciburgensis Episcopus lethaliter cum alijs collapsus post unam hebdomadam, id est, VII Calendas Iunias obiit, & ad sedem suam reportatus, ibique sepultus, Adalberonem successorem suscepit.

Gotefridus dux rebellionis suae desperans, regique ad deditioem ueniens in custodiam mittitur. Vuido Mediolani Episcopus constituitur. Sclauis qui & Liutici dicuntur, Saxoniae terminos inquietantes, regi illi cum copijs militum uenienti se tradunt, & solitum censum promittunt. Autumnali tempore Guntharius heremita ad Christum migrauit, & in Praga Boemiae urbe sepultus quiescit.

Per idem tempus regale colloquium apud Tribura conditum grauis regis infirmitas praepediuit. Quo etiam tempore Agnes regina filiam regi peperit. Rex natali Domini in Saxonia apud Goslare celebrauit. Magna mortalitas multos passim extinxit. Eggehardus Marchio ditissimus subito moriens praediorum suorum regem reliquit heredem. Rex paschale festum apud Traiectum Friesae urbem egit, & subsequens diebus nauali expeditione in Phladirtingam fretum traiciens, pagum quendam quem Theodericus Marchio sibi usurpauerat, ab eo eripuit: Unde idem postea rebellionis causam sumpsit. Sanctum autem Pentecostes Aquisgrani faciens, Gotefrido duce a custodia relaxato, sibi procedenti terracenus prostrato, ducatum suum misertus reddidit. Quibus etiam diebus Vuidgerum, qui Rauennae praefulatum iam biennio inepte & crudeliter nondum consecratus tenebat, ad se uocatum Episcopatui priuauit.

Anni do  
mini.*lex Barcarina  
das<sup>2</sup> Hungaris**15. cal. Febr.  
Curd. Episc. mediol.*

1045

*Rex m. odiforo  
rotth**V. Catalogum Episc.*

1046

*Uuiciburgensis*

Sequenti

C Sequenti tempore rex in Italiam expeditionem parat. Fridericus frater Henrici ducis Baioariae, dux Lotharingorum, pro Gotefridi fratris ignauo Gozzilone constituitur. Subsecuto autumno Hungari pristinae perfidiae suae memores, Andream quendam regem sibi statuunt, Petrum regem, multis aduenarum qui pro eo pugnauerant occisis, uarijs cum coniuge sua iniurijs affectum postremo oculis priuant, & in quendam locum cum eadem coniuge sua alendum deputant, multis etiam per idem tempus peregrinis inibi expoliatis, exulatis, atque necatis.

Anni do  
mini.

Quo comperto rex Henricus, qui iam ualido exercitu congregato in Italiam iter coeperat, nimis indoluit, sed tamen coeptam expeditionem non deseruit. Itaque coadunato exercitu Papiae Synodum celebravit: Inde Placentiam ueniens Gratianum CL, quem expulsis prioribus Romani Papam statuerant, ad se uenientem honorifice suscepit: Sicque cunctis prospere cedentibus iuxta natalem Domini non longe ab urbe Roma apud Sutriam Synodo item acta, causaque erroneorum Pontificum diligentius uentilata, Gratianum Papam conuictum baculo pastorali priuauit: Dein omnium tam Romanorum, quam aliorum consensu Suidegerum Episcopum, qui post Eberhardum primum secundus Babenbergensem sexto iam anno regebat ecclesiam, nimium reluctantem summum Romanae ecclesiae elegit Pontificem, sicque circa uigilias natalis Domini ipsam ingrediuntur urbem. Eadem nocte bonae memoriae Eberhardus Constantiensis ecclesiae Episcopus inibi in porticu sancti Petri sepe liendus obiit XIII Episcopatus sui anno.

D In ipsa natalis Domini die praefatus Suidegerus, natione Saxo, Apostolicae sedis CLI Papa ex more consecratus, & nomine auctus Clemens II uocatus est. Qui mox ipsa die Henricum regem, & coniugem eius Agnetem Imperiali benedictione sublimauit; peractisque Missarum solennijs, ipse dominus Papa & Imperator cum Imperatrice ita ut erat coronatus ad Lateranense Palatium cum ingenti gloria proficiscuntur, cunctis ciuibus Romanis mirantibus, honoremque singulis quibusque pro facultate obiter impendentibus: Completisque Romae cum summa pace aliquot diebus Imperator magnam exercitus partem patriam redire permittens, ipse cum reliquo ad ulteriora contendit. Circa idem tempus Imperator Praefules nonnullos constituit: Inter quos Rauenatae ecclesiae Hunfridum Cancellarium suum in Italia, Constantiensi Theodericum, per alias prouincias Cancellarium suum & Archicapellanium, & Aquisgranum Praepositum, Argentinae Herrandum, Spira Praepositum, pro Villihelmo autumnali tempore defuncto: Viridunensi Theodericum, Basileae Praepositum & Capellanum suum Pontifices praefecit. Imperator uero Roma egressus, nonnulla castella sibi rebellantia cepit, prouincias illas prout uidebatur disposuit, duces Nordmannis, qui in illis partibus commorantur, & alijs eo loco urbibus constituit. Sed foeru Imperatoris de monte Gargano Beneuentum reuersa, orto tumultu Beneuentani ciues quibusdam eam iniurijs afficiunt. Unde saeuam ab Imperatore uindictam metuentes, eisque se subdere non praesumentes, rebellionem ineunt. Sed Imperator,

1047

qui

Rex primus papa

Imperator multos  
constituit epob

A qui magna, ut dictum est, ex parte exercitum iam remiserat, & ad aliam occupato animo patriam tendebat, tantam tunc temporis ciuitatem expugnatam aggredi distulit, interimq; eo infecto negotio, sed alias uniuersa Italia parente pacataq; redire disposuit. Interea Imperatrix Agnes, qua Romae ab Imperatore aggressa fuerat, in Raennati territorio filiam peperit. Imperator uero cepto redeundi itinere Mantuae paschale festum in grauissima decumbens aegritudine commoratur. Postea conualescens corpus beati Vuidonis Pomposae monasterij Abbatis, in magna sanctitate ante non integrum annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensi ubi sepultum fuit ciuitate, ad urbem Spiram transferendum magno secum cum honore de Italia rediens deuexit. In quo itinere Augustam Vindelicam in Ixanijs ante Ascensionem Domini ueniens, Gebehardo urbis eiusdem Episcopo in aduentu eius defuncto, Henricum Capellanum suum successorem constituit. Actoq; inibi eodem festo, Pentecostes solennia Spirae celebrauit; ibiq; colloquium cum regni Principibus habuit, & corpus praefati Abbatis in incepta quadam extra urbem Basilica tumulari fecit. Quo tempore Vuelfum Comitem Sueuigenam Vuelfi dudum Comitiss filium Carentani ducem promouit. Auunculum quoq; eius Adalberonem ducem uidelicet Henrici & Friderici fratrem, Metensis ecclesiae Episcopum, post Theodericum nuper defunctum constituit. Item Popone Archiepiscopo hijs diebus defuncto, Treuirensi urbi Eberhardum Vuormatiae Praepositum Archiepiscopum praefecit. Per idem tempus cum expeditione in Pannonias ad Petrum ulciscendum disponeret, B Gotefridus dux cum Balduino de Flandris, & alijs nonnullis rebellionem innouasse, bellumq; copijs collectis parauisse: Theodericus quoq; de Phladirtinga Marchio rebellauisse, & Episcopatus sibi contiguos ad iniuriam Imperatoris populatus esse nuntiatur. Praeterea Andraas, qui regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat, regnum se ab Hungaris coactum suscepisse confirmans, de Petri sese iniurijs excusans: quiq; aduersus eum coniurauerant partim a se trucidatos, partim Imperatori tradendos denuntians, suamq; Imperatori subiectionem, annum censum, & deuotam seruitutem, si regnum se habere permitteret mandans. Quibus ex causis dilata expeditione illa, cum Gotefridus quoque dux rebellionem suam callidis legationibus dissimularet, autumnali tempore nauali exercitu collecto contra Theodericum in Phladirtingam arma commouit. Interea Otho Sueuorum dux, qui prouinciam sibi traditam pie ac strenue tertio iam anno regebat, in maturo obitu diem clausit extremum. In ipsis quoq; diebus Henricus Baioariae dux defunctus Treuiris sepelitur. Clemens etiam, qui & Suedegerus, Papa in Romanis partibus nono mese promotionis suae diem obiens ad Episcopatum suum Babinbergum reportatus tumulatur. Imperator expeditione in Phladirtingam traiecta, aquosis impeditibus locis parum proficere potuit, & reuertens aduersarijs marino cursu leuibus scaphis latrocinantium more sequentibus, & extremos quosque incurfando cadentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit.

Ipsa quoque tempore Gotefridus inter alia qua contra regem gessit,

Viridunensem

Anni do.  
mini.

*capitulum sancti Euidonis  
abbatis p. Hont  
a prima Spira  
transferebat*

*capitulum sancti  
Euidonis*

C Viridunensem ciuitatem dolo captā incendit & euertit.

Imperator natalem Domini in Saxonia moratus confestim per Vurzburgum in Alemanniam uenit, & Vlmæ colloquium habens Othonē de Suinfurto Marchionem Sueuis ducem constituit: Indeque Baioariam ueniens quadagesimale & paschale tempus exegit. Eadem quadagesima sanguis, ut creditur, Domini apud urbem Mantuam diuina per quendam cecū reuelatione inuenitur, & plurimis miraculis declaratur. Imperator Ratisponam, ubi Pascha cum Othone & Brezizlao ducibus, & multis alijs Principibus egit, digressus Alemanniam repetit, & Augiam nostram ingressus VIII Calendas Maias, nouam sancti Marci Euangelistæ patroni nostri Basilicā, à domino Bernardo Abbate cōstruam, se presente à Theoderico Constantiensi Episcopo dedicari fecit, & eiusdem sancti festo in latania maiore apud nos acto Ascensionē Domini Turegi, Pentecosten autem Solodori celebrauit: Habitoque ibi cū Burgundionibus colloquio per Franciam orientalem in Saxoniam remeauit. Per idem tempus dominus Bernhardus Abbas Augiæ, uir doctrina & moribus insignis, anno promotionis suæ quadagesimo, in senectute bona morbo confectus VII Idus Iunias diem ultimum clausit, & in Basilicā sancti Marci sepultus quiescit: In cuius locum Vdalricus Decanus a fratribus electus Abbas ab Imperatore constituitur. Defuncto quoque uiro docto Vuatone Leodij Pontifice, Dietuinus successit.

Sequente Iulio, Poppo Brixiensis Episcopus ab Imperatore electus Romam mittitur, & honorifice susceptus Apostolicæ sedis CLII Papa ordinatus mutato nomine Damasus II uocatur. Sed paucis diebus exactis defunctus, & ad sanctum Laurentium extra urbem sepultus est. Autumnali tempore Henricus Imperator, & Henricus Galliarum rex in Metensi territorio conuenientes pacem pactumque inter se iuramento confirmant. Hijs diebus terræ motus magnus factus est nocte, III Idus Octobres. Ipsi item diebus Agnes Imperatrix filiam Imperatori peperit. Eodem etiam tempore Gotefridus Adalbertum ducem se depraudentem persecutus, & dimissa multitudine cum paucis inuentum, cum alijs qui repugnare tentabant occidit. Post quem Gotefridus dux ab Imperatore constituitur. Imperator ipsis diebus Argentoracum, & inde prope natalem Domini Vlmam uenit, sicque in Baioariam proficiscitur. Imperator natalem Domini Frisingiæ, & Purificationem sanctæ Mariæ Ratisponæ agens Baioariæ ducē Conradum constituit, & circa quadagesimale tempus inde Saxoniam recessit. Gotebaldus Nemetensis Præpositus Aquileiæ Patriarcha post Eberhardum hijs diebus defunctum ab Imperatore promouetur. Interea glaciali hyeme suppeditante nonnulli de partibus maritimis milites & Principes cum Leodiensi Episcopo, Traiectensi & Metensi congregati, Theoderico in Phladinga insidias tendunt, commissaque pugna uictum occidunt, & prouinciā illā Imperatori subiiciunt: quā tamen nō multo post Gotefridus occupās ab eisdē pugna petitus & uictus uix aufugit. Per idē tēpus Bruno Leucorū Episcopus ab Imperatore electus Romamque missus summo honore suscipitur, & in quadagesima Papa CLIII ordinatus Leonis noni nomen accepit. Qui in proximo Pascha Vdalricum Augiænsis

Anni  
domini  
1048

1049

cecnobij

Imperator - lug. i  
papa

A cœnobij Prouisorem Romam uenientem Abbatis benedictione consecrauit, et monasterij eiusdem priuilegia antiquitus à sede Apostolica tradita sua autoritate confirmauit & innouauit Indict. II, VII, Cal. Apriles. Idem Papa in hebdomada post Albas synodum cum Episcopis Italiae Romae celebrauit. Idem in hebdomada Pentecostes aliam Synodum Papiam congregauit, indeque per montem Iouis cum pluribus Romanorum in Cisalpinas partes deuenit. Exacto etiam tempore Odilo uenerabilis Cluniacensis cœnobij, & multorum pater monasteriorum migravit ad Dominum.

Secuta aetate cum Imperator expeditionem contra Gotefridum & Balduinum à domino Papa excommunicatos pararet, Gotefridus tam contra uim Imperatoris quam Papae excommunicationem Aquisgranum uenit, & opitulante Papa gratiam Imperatoris promeruit. Balduinus uero utrunque continens, uastata ab exercitu magna ex parte prouincia sua, tandem obsides dedit, & pactum cum Imperatore fecit. Autumnali tempore Dominus Papa Synodum magnam Remis cum Galliarum Episcopis habuit, indeque Mogontiacum ueniens, aliam Synodum XL prope Episcoporum coram Imperatore, & regni nostri Principibus celebrauit. Et postea Alemanniam adiens, Augustiae festum sancti Clementis, & dominicam ante aduentum Domini VI Cal. Decemb. egit, ac per Augustam Baioariamque transiens, natalem Domini Veronae coluit. Imperator uero idem festum in Saxonia mansit. Ipsa hyeme cum Episcopus Ratisponae Gebhardus, qui Campidonensem abbatiam nuper beneficii loco accepit, rat ab Imperatore, in Pannoniarum terminis moraretur, cedentibus Hungaris, fines eorum ingrediens praedas inde abduxit. Sed ipso discedente plurimus Hungarorum exercitus fines nostros inuadens, plurimam partem captiuaui, incendit atque uastauit. Imperator paschale festum apud Traiectum moratur. Dominus Papa post Pascha Synodum item Romae collegit, & subsequente tempore ultra Romam progrediens, nonnullos eo locorum Principes & ciuitates tam sibi quam Imperatori iur eiurando subiecit. Beneuentanosque adhuc rebellantes excommunicauit. Nonnulli etiam exterarum Principes gentium missi ad eum, utpote Apostolicum uirum, legatis subiectionem ipsi promittunt.

Imperator contra Gazmerum ducem Polonorum rebellionem molientem expeditionem parat. grauique infirmitate detentus, pacem pactumque eum petentem suscipiens discessit. Gebhardus Ratisponensis Episcopus cum Conrado duce Baioariae, & Adelberto Marchione, aliisque quibusdam Episcopis & principibus Baioariae Heimenburgum reedificant, & magnam Hungarorum copiam se inuadentem prosternunt, et usque ad innumerabilis exercitus eorum praesentiam refugientem persequuntur, cunctisque agminibus Hungarorum deuictis, immisso terrore terga uertentibus ad castra deo gratias reddentes reuertuntur. Ipso autumno Dominus Papa Synodum Vercellis collegit, & Hunfridum Archiepiscopum pro quadam inter Rauennatem & Romanam ecclesiam contentione ab officio suspendit, indeque Gallias & Episcopatum suum Leucorum ciuitatem reuisit; quo etiam tempore Agnes imperatrix tandem imperij filium peperit.

Imperator natalem Domini in Saxonia apud Goslare egit, & multos ex

Anni  
mudi.

Dm

Synodus Moguntia  
p. papa colobianus

1050

Agnes imperatrix  
filij peperit

1051

Mm

tos ex

*Henrico quarto  
muli p[er]p[er]o  
m[er]o r[ati]o bapt[is]m[us]  
sub p[er]p[er]o*

*Henrico 4<sup>to</sup> ab  
archiep[iscop]o Coloni[ensi]  
bapt[is]m[us]*

*Imperator r[ati]o  
archiep[iscop]o Mog[untin]o  
bapt[is]m[us]*

*Vidua p[er]p[er]o  
duob[us] p[er]p[er]o  
mon[ach]u[m]*

tos ex Principibus filio suo iureiurando fidei subiectionemq[ue] promitte  
re fecit. Nec multo post ipse & dominus Papa cum multis Episcopis &  
Principibus apud Augustam Vindelicam cōuenientes, Purificationē  
dei genitricis celebrauerūt, Ratiennateq[ue] Archiepiscopo apud Papam  
inibi reconciliato, charitatiue à se inuicem discedentes, Papa Romam  
reuertitur. Imperator Nemeti partem Quadragesimæ, Paschale uero  
festum Colonia demoratur, ibiq[ue] filius eius Henricus ab Archiepisc  
po Herimanno baptizatur. Post Pascha item dominus Papa Leo Sy  
nodum Romæ collegit, ubi inter alia Gregorium Vercellēsem Episco  
pum propter adulterium cum uidua quadā auunculi sui sponsa admis  
sum, & periuria perpetrata absentem & nescientē ex cōmunicauit, quē  
tamen non multo post Romam uenientem, & satisfactionem promit  
tentem, officio priori restituit. Per idem tempus Imperator Lampertum  
Comitem rebellare molientem ad deditiōem compulit. Eadem æ  
state Bardo Mogonciacēsis Archiepiscopus obiit, pro quo Imperator  
Liutbaldum Babinbergensem Præpositū constituit. Item pro Theodo  
rico Constantiensi Episcopo, x Cal. Iul. quinto Præfulatus sui anno  
post longan[te] ægritudinem defuncto, Rumaldum promouit. Rauennas  
quoq[ue] Archiepiscopus Hunfridus ueneno, ut aiunt, subito periit. Se  
quenti autumnō magno cum exercitu Imperator pactum Andrææ re  
gis, ut per legatos offerretur accipere contemnens, Pannonias petiit,  
Gebehardoq[ue] Ratisponēse Episcopo, & Velff, Breziz laocq[ue] ducibus ad  
septentrionalem Danubij partem depopulandā transmissis, ipse deue  
cto è nauibus quantum in equis poterat sumptu, longo propter fluui  
orum illuuiōem circuitu per Carentani fines transiens, peruiumq[ue] re  
gnum inuadens, hac & illac Hungarico exercitu latrocinantium more  
fugitante, & nusquam æquo Marte conferre manum audēte, omnia cir  
cumquaq[ue] quoad sumptus militū suppetebant uasta reddit. Sed cum la  
boranti iam penuria & fame exercitū Hungariam reditum pararent  
intercludere, oppositisq[ue] per ripas fluminum præmunitas, uado fasq[ue] pa  
ludes copijs suis, omnes se uel ad deditiōem cogere, uel inedia minita  
rentur extinguere, milites interriti hostes per fluuios obfistentes incun  
ctanter tranluadantes fugant, quandamq[ue] munitionem firmissimam ad  
pontem Rabiniza fluminis structam, in qua maximam hostis fiduci  
am habebat, quidam ex Burgundionibus, Saxonibus & Bolonis mili  
tes non sine sui periculo flumine transito in breui expugnatam capi  
unt, caesis palatisq[ue] Hungaris reliquo exercitū uiam pandunt. Quæ  
per transeuntibus penē cunctis incensa, aliquot de postremis in magno  
periculo hostibus insequentibus interclusit. Sicq[ue] redeunte Imperatore,  
illisq[ue], quos ultra Danubiū transmiserat, rebus prospere gestis iamdu  
dum reuersis, Andræas rex à nostro Marchione Adelberto pacem po  
stulatum mittit, eamq[ue] uicissim tribuit. Ipsi diebus defunctis urso penē  
in tempore Lindaugiense & Buochaugiense Abbatissis, luota nobilis,  
prudens & religiosa uidua utriq[ue] loco recuperando ab Imperatore  
præficitur.

Imperator natalem Domini Goslare egit, ibiq[ue] quosdam Hæreticos  
inter alia prauī erroris dogmata Manichæa secta omnis esum animalis  
execrantes, 1052

Anni  
mundi.  
877

A execrantes, consensu cunctorum, & hæretica scabies latius serpens plures inficeret, in patibulis suspendi iussit. Eodem tempore v Id. Ian. mater mea Hiltrudis, Vuolfradi Comitis uxor admodum pia, mitis, liberalis, & religiosa fœmina, marito septemq; liberis superstitibus deo ro & felici, uti hominibus apparere poterat, exitu diem ultimum clausit, anno ætatis circiter LXI, coniunctionis uero cum marito XLIII, & apud uillam Alleshafan sub capella sancti Vdalrici à se constructa in se pulchro, quod ipsa sibi preparauerat condita est, cui ut pro Epitaphio hos subscriberem uersiculos libuit.

Mater egenorum spes auxiliumq; suorum,  
 Hoc Hiltrud tumulo debita reddít humo.  
 Quæ præpollentes generosa stirpe parentes  
 Nobilitans claris extulerat studijs.  
 Atq; colens castam reuerenter monogamiam,  
 Vixit diuinis prona ministerijs.  
 Inq; bona Marthæ satagens consistere parte,  
 Practica, quod docuit uita sequi studuit,  
 Veste, cibo, lingua, pede, totis nisibus ipsa  
 Se miseris largam præbuit atq; piam.  
 Religionem pios præ cunctis fouis amicos,  
 Cunctis morigeram se dedit & placidam.  
 Atq; manens mitis, patiens, ac necia litis,  
 Complacuit mundo, o utinamq; deo.  
 Carnem castigans, precibus loca sancta frequentans,  
 Quærere cœlestem sedula sueuit opem.  
 Crede panegyricis non hæc me fingere uanis,  
 Nec matrem uerbis tollere falsidicis,  
 Consule rûmorem quaquauersum popularem,  
 Dictaq; de ueris pauca certus eris.  
 Hanc quoq; postremo mera cum confessio crebro  
 Purgasset, Domino dedita corde pio.  
 Communita fide, spe tuta, uigens pietate,  
 Felix hanc uitam deseruit miseram.  
 Cum mensis Ianus quintas deuolueret Idus  
 Mouit permultas morte sua lachrimas.  
 Pro qua quæso, precor, peto, postulo, flagito lector,  
 Pulsés supplicibus ut Dominum precibus.  
 Quatenus ipsius pietate sui miseratus  
 Absoluat cunctis mitis eam maculis.  
 Inq; beatorum felici sorte suorum  
 Largus ei stabilem contribuat requiem.

Sequenti tẽpore Quadragesimali Imperator Rauennatem Archiepiscopum Henricum promouit, Et Nitzo Frisingensis Episcopus prius ex superbissimo uitæ habitu ad humilitatis & religionis speciem conuersus, ac denuo ad pristinæ conuersationis insolentiã reuersus, cum eum iussu Imperatoris Rauennã perduxisset, subita inibi morte periit.

Imperator paschale festum Nemeti egit, indeq; ut aiunt, locum illum

Mm 2 patris

Anni  
mundi  
Dni

*tycho in patibulis  
suspenditur*

C patris matrisq; suæ sepultura præditū magis inagisq; parvipendens sub-  
 iratus, Episcopoq; loci illius infensus discessit. Iisdem diebus Bonifa-  
 cius ditissimus Italiae Marchio, imò tyrānus, insidijs à duobus exceptus  
 militibus, sagittisq; uulneratus & mortuus, Mantuæ sepelitur. Cum Im-  
 perator circa lætaniarum tempus Solodori colloquiū haberet, quidam  
 ex Burgudionibus offensus inde discedūt, sed nō multo post aliqui ex illis  
 ad gratiam eius redeunt. Inde ipse cum Turegi Pentecosten peregrasset,  
 in Pannonicam itidem expeditionē proficiscitur, Andraæq; rege Hun-  
 garorum minus minusq; pro pacto pacis postulando, allegante & pro-  
 mittente, Brezisburg castrum obsedit, & uarijs belli machinis diu oppu-  
 gnatū, deo obsessis te anxie inuocantibus opitulante, frustratis semper  
 nisibus nullo modo capere potuit. Interim dominus Leo Papa ab An-  
 draæ accitus, cum pro pace componēda interuenisset, Imperatorē ab ob-  
 sidione auocauit, eumq; sibi per omnia consentaneum inueniens, sed e-  
 contra Andraæ consilijs suis minus parantem experiens offensus, eiq; ex-  
 communicationem utpote delusa sede Apostolica minitans, cum Im-  
 peratore discessit, & aliquantum cum eo temporis mansit. Ipsis diebus  
 Imperatrix sēu filium, quē Conradū postea uocauerūt, Imperatori pe-  
 perit. Discordia inter Gebhardum Ratisponensem Præsulē, & Con-  
 radum Baiariæ ducem mota & agitata. Reliquiæ beati Zenonis con-  
 fessoris, ex Valthario Veronense Episcopo in Alemanniam ad uillam

Anni  
domini.*presburg**Impatrix peperit  
Conradum*

*Vlma uilla.* Vlma allata, plurimis per hæc tempora claruere miraculis. Constan-  
 tiæ basilica sanctæ Mariæ corruit.

*no p[er]mutationem  
renouatū n[on] p[er] papa  
n[on] Imperator factū*

Imperator cum domino Papa, multisq; Episcopis & Principibus na-  
 talem Domini Vormatiæ egit, ubi cum Papa, sicut dudum cœperat, Ful-  
 densem Abbatiam, aliaq; nonnulla loca & Cœnobia, quæ sancto Pe-  
 tro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore reposcens exegisset, de-  
 mum Imperator pleraq; in ultra Romanis partibus ad suum ius pertinē-  
 tia pro Cisalpinis illi quasi per concambium tradidit. Cumq; idem Pa-  
 pa de Normannorum uiolentijs & iniurijs, qui res sancti Petri se inui-  
 to ui tenebant, multa conquestus esset, ad hos etiam inde propulsandos  
 Imperator ei auxilia delegauit. Ea siquidem gens à temporibus prioris  
 Henrici Imperatoris in Calabria, Samniæ, Campaniæq; partes paula-  
 tim ex Gallici oris oceani aduentitia confluebat: & quia bellicosior  
 Italicis gentibus uidebatur, primo grater accepta, crebro indigenis  
 contra Græcorum & Saracenorum incurSIONES audacter præliando au-  
 xiliabatur. Postea uero pluribus eorum ad uberem terram accurrenti-  
 bus, uiribus adacti ipsos indigetes bello premere, iniustum dominatū  
 inuadere, hæredibus legitimis castella, prædia, uillas, domus, uxores etiā  
 quibus libuit ui auferre, res ecclesiarum diripere, postremo diuina & hu-  
 mana omnia prout uiribus plus poterant iura confundere, nec iam  
 Apostolico Pontifici, nec ipsi Imperatori nisi tantum uerboteñus cede-  
 re. Ad horum igitur nefaria & inextricabilia scelera illis è partibus elimi-  
 nanda, indigenasq; ab eis liberandos dominus Papa animū intendens,  
 summa cum charitate ab Imperatore Romam reuersurus digreditur:  
 Secuti sunt autem eum plurimi Teutonicorum, partim iussu domino-  
 rum, partim spe quæstus adducti, multi etiam scelerati & proterui, diuer-

1053

fascq;

Anni  
domini.

A fasq; ob noxias patria pulsi. Quos ille omnes tum consuetae misericordiae nimia compassione, tum etiam quia opera eorum ad imminens uidebatur bellum indigere, clementer & grater suscipiebat. Transiens ergo per Alemanniam Purificationem sanctae Mariae Augustae egit, Mantuaeque Quinquagesima acta, & nonnullis suorum orto inibi tu multu occisis, infra dies Quadragesima Romam peruenit. Ipsis diebus in Italia quidam lacus, quos Iulius quondam Caesar quadrato lapide perpetuo, ut putabatur, opere fertur obstruxisse, nimia aquarum inundatione effracti, Narniam flumen, Tiberimque ultra modum exundare fecere, subitaque illuione multa aedificia, ipse pons Narniensis dirutus, multique mortales absumpti sunt. Imperatore in Saxonia apud Mersenburg commanente, cum rege Danorum Pascha egit, ipsisque diebus Conradum Baioariae ducem, cui iam prius infensus erat, inculatum quorundam Principum iudicio ducatu priuauit. Quo tempore regni tam primores quam inferiores contra Imperatorem magis magisque mussitantes, iam dudum eum ab inchoata iustitia, pacis, pietatis, diuini timoris, multumque uirtutis tenore, in quo de die in diem debuerat proficere, paulatim ad quastum & incuriam quandam deficere, multumque seipso deterioriorem fore causabantur. Aldorfense cenobium igne consumitur. Dominus Papa habita post Pascha Synodo, contra Normannos, ut proposuerat, exercitum mouit: cumque illi pacem petentes, subiectionem seruitiumque ipsi promitterent, & quaeque prius iniuste sibi usurpantes inuasent, eius beneficio gratiaque retinere uelle se dicerent, idque Papa abnegans uel & iniuria raptas res sancti Petri reposceret, eosque perperam peruaso cedere loco iuberet, illi quia numero longe praestabant, quasi rem impossibem sibi propositam refutantes, se potius bello obuiam ituros, armisque acquisite patriam armis defensuros, uel morte occubitu ros denuntiant: Sicque XIII Cal. Iul. ualida pugna confligentes, prima acie a Theutonicis pendente uicti sunt, sed succenturiatis copijs ex insidijs nostris circumuenientes, Italiam citius terga uertentibus, Theutonicis maxima ea parte sed non inulte occumbentibus, occulto dei iudicio, siue quia tantum sacerdotem spiritalis potius quam pro caducis rebus carnalis pugna decebat: siue quod nefarios homines quam multos ad se ob impunitatem scelerum, uel quastum auarum confluentes, contra itidem scelestos expugnandos secum ducebat: siue diuina iustitia alias quas ipsa nouit ob causas nostros plectente, quamuis nimis cruentam hostes adepti sunt uictoriam: Ipseque dominus Papa in quodam ab eis castello obseffus, cum expugnata iam iamque munitione necessitate coactus comunione eis prius interdictione reddidisset, acceptus ab eis Beuentum cum honore tamen reductus est, ibique tempore aliquanto detentus, nec redire permissus. Et hoc & superiori anno frugum penuria facta est non modica. Vuerinharius frater meus Augiensis monachus admodum doctus, & religioni uerae deditus, iuuenis cum alio monacho Liuthario studio uitae perfectioris flagrans, peregrinationem clam pro Christo aggreditur, literis remissis licentiam Abbatis postulans, & impetrans. Et sequenti tempore Richardus Renaugiensis Abbas, & Henricus item Augiensis monachus hoc exemplum secuti, reli-

Mm 3 ctis

Ceteris omnibus idem propositum aggrediuntur. Imperator Henricus magno apud Tribuariam conuentu habito filium Aequiuocum regem à cunctis eligi, eiq; post obitum suum, si rector iustus futurus esset, subiectionem promitti fecit. Ad quem conuentum cum Conradus dudum Baiariae dux uenire nolens, cum expeditis militibus regi rebellare molis Hungaris se adiungere tentasset, & Carentani fines inuasisset, quibusdam inibi quae prius habuerat possessionibus suis ab Imperatore priuatus est, eas quasi legaliter acquirere. Ibi etiam legati Andrae regis Hungarorum pro pace pactoq; cum suffragante Ratisponense Episcopo immensam pecuniam, suaeq; prouinciae partem, & ad expeditiones omnes praeter Italicam suos ituros promitterent, eaq; omnia regem suum impleturum sacramento promitterent, Imperator ea se accepturum fide data spondens eos remisit. Hadamuta de Nuinburgo Abbatisa uenerabilis, quae locum suum prius penè dilapsum, intra & extra laudabiliter recuperatum in optimum deduxerat statum, aliam pro se designans, & sororibus pie admonitis, ultimam uale dicens IIII Cal. Nouemb. feliciter, & utinam, decessit. Hazelinus etiam Babinbergensis Episcopus infamis moriens locum dedit. Per idem tempus Conradus dudum dux ab Andrae rege Hungarorum gratanter susceptus, ei ne alligatum cum Imperatore foedus perficeret dissuasit, et auxilio eius quandam Carentani partem, quorundam etiam Primatum, qui eam possidebant machinatione alii expulsi Primoribus, inuasam cepit: Imperator uero in Baioariam ueniens, ducatum eiusdem prouinciae filio suo Aequiuoco tradidit. Sicq; in eadem commorans prouincia, natalem Domini in uilla Otinga egit, ibiq; Babinbergensis ecclesiae Praesulatum consobrino suo Adalberoni donauit. Deinde habito Ratisponae colloquio, per Alemanniam transiens, & furibus infestus nonnulla eorum conuenticula exuri iubens, Turegi Quadagesimam inchoauit, & per ripales Rheni urbes paulatim descendens, Mogonciae paschale festum celebrauit: ubi Theodaldus Othonis ad eum de Gallijs ueniens, & miles eius effectus, auxilium suum illi pollicitus est. Dominus Papa cum apud Beneuentum diuino intentus seruitio diu demoratus, tandem instante paschali tempore Romam agrotans reuersus esset, in ualescente indies languore glorioso exitu cunctis prius benedicens, & admonitis ualedicens, sanctoq; Petro peccata sua confessus, & deuote se illi commendans XVI Cal. Maias obiit, & in Basilica sancti Petri iuxta sepulchrum sancti Papae Gregorij sepultus, miraculis claruisse memoratur. Gotesfridus iterum contra Imperatorem tyrannidem inuasit, Italiamq; latenter adiens, Beatricem Bonifacii quondam Anarchionis uiduam uxorem accepit. Herimannus Vuolferadi Comitis filius ab infantia omnibus membris contractus, sed omnes tunc temporis uiros sapientia & uirtutibus praeclens, in Aleshufan pradio suo defunctus ac sepultus est. Vuerinherus & Liutherus in Hierosolymitano itinere defuncti sunt. Conuentus ab Imperatore Mogonciae factus est, in quo Gebhardus Eiestetenium Episcopus ab Episcopis electus, Romamq; missus, ibiq; honorifice susceptus, in sequenti Quadagesima in coena Domini CLIII Papa ordinatus.

Anni  
domini.

1054

*Henricus quartus  
in testamento*

*donatus episcopus*

*Mogonciae pradio  
papa*

A pa ordinatus, Victoris secundum nomen accepit. Imperator natalem Domini Goslare celebrauit, ac deinde expeditionem in Italiam parauit, et diem sanctae Paschae Mantuae egit: diem autem Pentecostes Florentiae, ibique coram eo a domino Papa generali Synodo habita multa correcta sunt. Imperator Adalbertum capitali sententiae adiudicatum, per interuentum Episcoporum dimisit. Eodem tempore L, aut eo amplius armati milites a Normannia latenter per mare transeuntes, Nordmannis contra Imperatorem auxilium praebere cupientes, a Pisentibus ciuibus capti, atque ad Imperatorem delati. Imperator Othonem Nouariensem Episcopum Constantinopolim misit, ubi pro Michaelae nuper defuncto quandam foeminae totius regni monarchiam tenentem inuenit, quae illum sequenti anno suis etiam legatis adiuctis amicitiam pactumque confirmandum Imperatori remisit. Beatrix Imperatori ad deditioem ueniens causa mariti sui, quanquam data fide, tenetur, filiusque eius puer Bonifacius hac causa uenire ueretur: Sed non multis interpositis diebus cum Imperator ibidem moraretur, idem puer moritur. Gebhardus Ratisponensis Episcopus, & Vuelfus dux licentiam repatriandi ab Italia impetrauerat, militesque eorum illis, ut aiunt, ignorantibus contra Imperatorem coniurauerunt: Quo tempore Vuelfus dux suis & omni populo admodum flebili morte praeventus, apud Altorfense coenobium sepultus est. Arnortus Episcopus Metensis moritur. Imperator de Italia per Baiariam rediens, natalem Domini apud castrum Turegum celebrauit, ibique Othonis Marchionis filiam Aequiuoco suo filio desponsauit. Gebhardus Ratisponensis Episcopus ab Imperatore de coniuratione contra se facta uictus, primum in castro Vilsilingino, dein in Stofola per aliquod tempus sub custodia tenetur. Conradus ab Imperatore Nemeti pro Arnolto Episcopo substituitur. Herimannus Agrippinae urbis Archiepiscopus obiit, pro quo Hanno Goslare prius Praepositus in Archiepiscopatum successit. Imperator diem sanctum Paschae celebrauit. Eodem anno Sclasi, qui Liutici dicuntur, terminos Saxonum infectantes, quam plurimos eorum Principes cum Vuilhelmo Marchione peremerunt. Henricus Imperator, domino Apostolico ad se tempore autumnali inuitato, cum in Saxonia in Bothfeldino comoraretur morbo ingrauescente infirmatus, obiit anno aetatis suae XXXIX, regni uero XVIII, imperij xv, Indictione x. Qui inde asportatus, Nemetique translatus, in ecclesia sanctae Mariae qua ipse construxerat, adhuc imperfecta iuxta patrem matremque sepultus, & filius eius Henricus quartus vii aetatis annum habens, pro eo regni iura suscipiens, a Primoribus matri Imperatrici educandum est commendatus.

Henricus rex natalem Domini Ratisponae celebrauit. VII Calen. Maias. Immensitas niuis & pruinae magnam partem uinearum perdidit. Romae Victor secundus decessit, in cuius locum Fridericus frater Gotefridi ducis, dudum beati Leonis Papae Archidiaconus, tunc autem temporis monasterij sancti Benedicti Abbas, CLV Papa ordinatus, Stephanus VIII est nominatus. Otho dux Alemannorum obiit, cuius ducatum Rodolphus accepit. Hoc anno lapides

Anni domini.  
1055

1056

*Turegum*

*Hannig, 3<sup>o</sup> Episcopus  
Sopothini*

1057

*Hannig quartus  
regnat. Inprie*

1058

*plur. lapides*



C miræ magnitudinis mixti grandine de cælo ceciderunt, & nonnulli hominum fulmine perierunt. Romæ Stephanus Papa obiit. Romani autem accepta pecunia quendam Joannem contra Canones elegerunt, qui sine consecratione per aliquot dies sedens à Godefrido duce expellitur, atq; Florētina civitatis Episcopus CLVI Papa substitutus, Nicolaus Secundus est uocatus. Eodem tempore Henricus Augustensis Episcopus apud Imperatricem summum consilij locum habuit, quod nonnullis regni Principibus eius insolentiam non ferentibus multum displicuit. Hoc anno magna mortalitas hominū, & pestis pecorum facta est. Orto inter Mediolanenses & Ticinenses bello, multi ex utraque parte ceciderunt. Rodolphus Alemannorum dux Mathildam Henrici regis sororem duxit uxorem. Fuldīs Eberhardus Abbas decessit, cui Sigefridus successit. Andræas Pannoniæ rex cum prius pacē pactumq; per legatos cum Henrico rege confirmasset, etiam sororem eius minorem filio suo adhuc puero sponsam obtinuit. Henricus Gallicarum rex obiit, & filius eius adhuc puer regnum cum matre gubernā dum suscepit. Liudpaldus Mogonciensis Archiepiscopus decessit, cui Sigefridus Fuldīs Abbas successit. Conradus Nemetensis Episcopus moritur, in cuius locum Einhardus promouetur. Mathildas soror regis obiit. Henricus Palatinus Comes in amentiam uersus cum sub specie religionis quasi seculum derelinquens in monasterium Ephtirnacha se contulisset, inde abstractus coniugem suam occidit. Et hoc anno sicut in priori mortalitas multos extinxit, hyems satis dura & niuosa, & plus solito proluxa, frumenti uiniq; maximum attulit damnum. Andræas rex Pannoniarum cum à fratre suo regnum sibi circumquaq; uastans multas iniurias perpeffus fuisset, tandem febre pulsatus, omnes thesauros suos in castrum Medilhecka, necnon & filium suum Henrico regi per Tiedbaldum Comitem transmisit. Magna fames multos consumpsit. Gebehardus Ratisponēsis Episcopus obiit, cui Otho successit. Conradus qui Carentanis solo nomine ducis præfuit, moriens locum dedit, cuius ducatū Bertholdus Sueuigena accepit. Romæ Nicolao Papa defuncto, Romani coronam & alia munera Henrico regi transmiserunt, eumq; pro eligendo summo Pontifice interpellauerunt. Qui ad se cōuocatis omnibus Italiæ Episcopis, generaliq; Cōuentu BASILEAE habito, eadem imposta corona Patritius Romanorū appellatus est. De inde cū cōmuni consilio omniū Parmēsem Episcopū summū Romanæ ecclesiæ elegit Pontificem. Interim dum hæc aguntur, Anshelmus Episcopus de Luca quibusdam Romanis fauentibus Apostolicam sedem sibi usurpauit. Burchardus & Vuezil de Zolorin occiduntur. Ecclesia Nemetensis dedicatur, & Agna Imperatrix depositis regalibus uestimētis, sacro uelamine circumdata.

VI Idus Febr. terræmotus, fulgura & tonitrua facta sunt, pestilentia & mortalitas subsequuta multos extinxit. Henricus rex apud Traiectum Frisicæ urbem diem Paschæ cum matre Imperatrice egit. Hijs diebus Hanno Agrippinæ Coloniae Archiepiscopus, adnitētibus quibusdā regni principib; Henricū regē cū lancea & alijs imperij insignibus à matre Imperatrice uī arripuit, secūq; Coloniā adduxit. Parmēsis Episcopus dudum

Anni  
domini.

1059

1060

1062

Comes palatinus  
v. f. 1059

Jan 46

